School of Theology at Claremont
1001 1337797

GREGORII NYSSENI
OPERA ASCETICA

TUTA SUB AEGIDE PALLAS
E.J.B.

SERIES

Theology Library

SCHOOL OF THEOLOGY
AT CLAREMONT
California

INSTITUTUM PRO STUDIIS CLASSICIS
HARVARDIANUM

GREGORII NYSSENI OPERA
VOLUMEN VIII, PARS I

Gregorius, Saint, Bp. of Nys
fl. 379-394

GREGORII NYSSENI OPERA

AUXILIO ALIORUM VIRORUM DOCTORUM
EDENDA CURAVIT

WERNERUS JAEGER

VOLUMEN VIII, PARS I

LEIDEN
E. J. BRILL
1963

GREGORII NYSSENI
OPERA ASCETICA

EDIDERUNT

WERNERUS JAEGER, JOHANNES P. CAVARNOS,
VIRGINIA WOODS CALLAHAN

BR
65
G73
1952
v. 8
pt. 1

EDITIO PHOTOMECHANICE ITERATA

LEIDEN
E. J. BRILL
1963

Copyright 1963 by E. J. Brill, Leiden, Holland
All rights reserved, including the right to translate or to reproduce this book or parts thereof in any form

PRINTED IN THE NETHERLANDS

LECTORI SALUTEM

Cum abhinc triginta annos duo volumina editionis meae librorum contra Eunomium in lucem prodirent, Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff, qui primus consilium Gregorii Nysseni edendi inierat et ex stipendio ab amicis fautoribusque sibi oblato opes subministraverat, volumen primum praefatus statuit iam opibus exhaustis nihil amplius editum iri his duobus tomis et editione epistularum Gregorii, quam anno MCMXXV Georgius Pasquali edidit. sed quamquam nihil ex illo tempore his tribus voluminibus additum est, iam tum in mea praefatione vovi me in opere suscepto perseveraturum esse, si modo socii laboris ingentis invenirentur et novae opes suppeditarent. nec dixi solum, sed sine mora libros manu scriptos adii et amplam collegi materiam ad volumen tertium praeparandum, quo reliqua Gregorii opera dogmatica complecti in animo habebam. sed multa illo tempore obstabant, quominus res ad finem perduceretur. denique anno MCMXXXV patriam relicturus omnem materiam voluminis tertii Frederico Mueller discipulo et amico tradidi, ut illud volumen ederet. ipse monumentum eruditionis tam laboriosum humani generis tempore iniquo exigi posse desperavi.

Sed Deo favente res aliter evenit, et universitas litterarum Harvardiensis, quae Cantabrigii Massachusettensium in civitatibus unitis Americae floret, postquam anno MCMXXXIX hospitio benigne me recepit, otium atque opes, quibus ad editionem continuandam egebam, liberaliter obtulit. iam novum consilium mihi capiendum erat et onus edendi inter complures socios distribuendum. neque enim fieri poterat, ut unus totum munus absolveret, neque ut in tanta librorum manu scriptorum copia (sunt circa mille ducenti codices) editores, etiamsi plures essent, ipsi omnes codices, quibus opera Nysseni conservata sunt,

compararent. auxilio opus erat in hoc vasto labore perpetrando et grato animo confiteor hoc per hos duodecim annos me invenisse apud iuvenes doctos, qui in hac terra studio auctorum antiquorum dediti sunt. quorum nomina cum hic singillatim enumerare longum sit, in praefationibus ut merent commemorabuntur.

In codicibus comparandis magna ex parte tabellis lucis ope confectis usi sumus, quas bello durante providere difficile erat vel fortuna negabat, idque publicationem operis distulit. sed tandem bello cessante nobis contigit, ut hoc volumen prelo daremus. continet quinque opera ascetica partim a me ipso partim a Virginia Callahan et Johanne Petro Cavarnos edita. ex his quinque libris unus nunc primum textu integro reperto lucem videbit, itaque eum primo loco collocavi, praesertim cum Gregorii doctrinam de vita monastica tamquam in nuce praebeat. tria nova volumina, dum haec scribo, praeparantur, et spero labore progrediente praeter viros doctos Americanos etiam Europaeos Gregorio edendo denuo operam daturos esse.

WERNERUS JAEGER

Cantabrigii Massachusettensium
mense Januario MCMLI

CONTINENTUR

HOC VOLUMINE LIBRI

De instituto Christiano (W. Jaeger) 1

De professione Christiana (W. Jaeger) 91

De perfectione (W. Jaeger) 143

De virginitate (J. P. Cavarnos) 215

Vita S. Macrinae (V. Woods Callahan) 347

DE INSTITUTO CHRISTIANO

EDIDIT

WERNERUS JAEGER

PRAEFATIO

Trado lectoribus editionem principem libri forma praeclari et optimae frugis pleni, qui nunc primum in lucem prodit, postquam in tenebris bibliothecarum per millennium latuit. notus fuit viris doctis Byzantinae quam ferunt aetatis, qui eum ex uno ut videtur codice feliciter servato transcripserunt. sed recentioris aevi editores inde a renascentis antiquitatis temporibus usque ad hunc diem integros memoriae fontes ne extremis quidem labris attigerunt, ut inspectis optimis codicibus iam cognovimus. nam cum libros antiquos manu scriptos adire et paginas eorum evolvere coepissemus, illico apparuit librum, qui nunc sub hoc titulo in editionibus Gregorii Nysseni legitur et a viris doctis citatur, nihil aliud esse quam miserum excerptum operis adhuc ignoti, cuius textum multo pleniorem et emendatiorem plurimi codices manu scripti conservarunt. textus huius libri, qui in Mignei Patrologia Graeca vol. XLVI, 287 sq. extat, ex editione Parisiis anno 1638 emissa ad verbum expressus est, illa autem nulla codicum aliorum ratione habita textum libelli ex recentis excerptoris epitoma promere contenta fuit. quod si quis alium codicem quemlibet bibliothecae Vaticanae vel Marcianae cum textu decurtato, qui primo editori praesto fuit, contulisset, errorem statim cognovisset. cum autem hoc nobis propositum esset, ut omnes codices Gregorii Nysseni ad veram editionem parandam perquireremus, ubi primum ad hunc librum perventum est, textus eius genuinus mox in lucem protractus est, nam cuncti libri antiquiores plenum et integrum eum continent. unus codex Vindobonensis theol. gr. 35, qui et alia Gregorii opera foede decurtata exhibet, excerptum

praebet, ex quo postea duo apographa, quae adhuc extant, librum expresserunt. sed, ut Cicero ait, tardi ingenii est rivulos consectari, fontes rerum non videre. itaque iam tempus est abiecto excerptoris miserabili fructu ipsum Gregorii Nysseni opus publici iuris facere, ut purum et integrum posteritati tradatur.

Iam quaestio de libri auctoritate et natura, quam viri docti inde ab initio huius saeculi moverunt, novo textu reperto renovatur, sed apparet nunc, quam infirmo in fundamento omnes eorum conclusiones positae fuerint. neque enim fugere viros sagacissimos potuit misera textus condicio, et utinam unus ex eis hac re cognita memoriae libri manu scriptae operam dedisset! sed cum omnes editione extante contenti essent, in gravissimos errores incurrere debuerunt et omnia, quae contra huius libri genuinam originem vel de eius cum Macarii epistula ratione scripta sunt, nunc plane collabuntur. quaestiones gravissimas, quae genuina libri forma recuperata oriuntur, volumine separato tractabo, cum hac praefatione eas amplecti non liceat. hoc igitur loco nihil nisi de ipsa codicum memoria et de aliis subsidiis edendi rationem redditurus sum. nititur editio nostra codicibus antiquissimis, qui omnes librum a textu, qui in editionibus impressis extat, plane diversum exhibent, itaque eos primum describam eorumque originem et cognationem explorabo. deinde de eorum fonte communi vel archetypo verba faciam eiusque condicionem et formam textus, quantum fieri potest, exemplis illustrabo. tum de libris mutilis dicam i.e. de excerpto Vindobonensi duobusque eius apographis et, quae ratio inter illud et editiones impressas i.e. textum vulgatum intercedat, exponam. apparebit autem ea, quae viri docti multis ante annis de Macarii epistula magna eiusque cum nostro libello similitudine disputaverunt, quamquam conclusiones eorum iam vera libri natura

perspecta ad irritum rediguntur, tamen minime inutilia esse ad textum huius operis constituendum. nam, ut postea ostendam, iam luce clarius est Pseudo-Macarium quinto saeculo dimidiam partem epistulae ex Gregorii libro integro compilasse, itaque illa Macarii epistula apocrypha fons memoriae nostri operis antiquissimus fit, qui in recensendis codicibus aetatis Byzantinae certum criterium adfert, quod raro in antiquis auctoribus fieri solet.

I. DE CODICIBUS INTEGRIS

I. DE LIBRIS A ET S EORUMQUE FONTE

Libri A et S quamquam alter ab altero multis in rebus dissident, tamen ex uno fonte descenderunt, itaque eos coniunctos tractabo. eadem eorum est mutua ratio in libro De professione Christiana, ad cuius praefationem lectorem relego (p. 96). nam in illo quoque opusculo A et S familiam librorum manu scriptorum constituunt, sed indoles ac natura eorum ibi clarius perspici potest, quia numerus codicum, qui textum ab eis plane diversum praebent, in illo libello maior est quam in hoc, ubi altera stirps memoriae codice Ambrosiano (M) solo servatur (cf. p. 21).

A Codex Marcianus Venetus graecus 68 membranaceus saeculi XII olim Cardinalis Bessarionis fuit sicut eius vicinus codex Marc. 67, liber antiquus saeculi XI, qui in libello De professione Christiana secundam recensionem repraesentat; sed is hoc opus non continet. codex A foliorum est 239 et opera varia Gregorii Nysseni complectitur. tractatum De instituto Christiano ff. 141r-161r praebet. primum temptavit eum H. Brown, denuo examinavit J. P. Cooke. uterque tabellis photographicis usus est, quas et ipse omnes postea comparavi. multis locis textus huius

codicis corruptus est et magnus est numerus mendorum ad rem orthographicam pertinentium, quod signum antiquae memoriae est a Byzantinis librariis nondum satis expurgatae. exempla dabo in praefatione libri De professione Christiana p. 95, sed in apparatum criticum talia non recepi. A ex vetusto codice expressus est, cuius litteras evanescentes scriba nonnumquam legere non poterat. itaque interdum singulas litteras vel etiam plures spatio relicto omisit, ut ex alio codice postea supplerentur, quod tamen non usu evenit. A igitur exemplar accuratius reddidit quam S, qui talibus locis saepe coniecturis verba tradita temptavit. exemplis hanc rem illustrabo p. 26 sq., ubi ad communem fontem perditum codicum nostrorum propius accedere et condicionem archetypi eruere studebo.

Sed priusquam de ratione, quae inter A et S intercedit, inquiram, de codice S plura mihi dicenda sunt. est codex Vaticanus graecus 1907 chartaceus in largissimis foliis plurimisque compendiis exaratus, quo iam in libris Contra Eunomium edendis usus sum. iudicio virorum doctorum, qui de eo suffragium tulerunt, saeculo XIII ortus est, quos et ipse olim secutus sum. attamen saepe miratus sum, quomodo fieri potuerit, ut codex Z (de eo cf. p. 19), qui huius apographon est, ipse quoque saeculo XIII scriptus sit. cum enim pater et filius contemporanei esse non possint, S aliquanto vetustior esse debet quam Z. neque prorsus negari potest libros chartaceos saeculi XII extare, qui permultis compendiis scripti et Vaticano 1907 similes sint velut codex Laur. 59, 3 ab Eustathio scriptus, qui saeculo XII attribuendus est. tamen de S hoc pro certo affirmare non ausim. ceterum si quis accuratius de codicis S indole et condicione certior fieri vult, plura in mea ad libros Contra Eunomium praefatione (vol. II p. xxxvii sq.) inveniet, ubi eum magna cura descripsi.

Hoc codice vir doctus Byzantinus quam plurima Gregorii opera collegit, qui ea e variis fontibus hausit; nam libri plerique partem tantum operum continebant. ita factum est, quod in variis libris Gregorii recensendis expertus sum, ut textus codicis S aliam alio in opere recensionem sequatur (cf. meam praef. ad librum De perfectione p. 158). codex grandissimus cum pondere et vetustate dirumpi coepisset et partes eius a corpore solutae essent, recentioribus temporibus denuo compactus est et singula folia charta perlucida obducta sunt, quae dilabentes quidem paginas servavit, sed codicem difficillimum lectu reddidit. itaque phototypias eius facere diu nemo temptavit, sed acie oculorum librum ipsum adire opus erat. sic ipse Romae anno 1911/12 magnam partem eius comparavi. sed cum iussu Johannis Cardinalis Mercati artifices nova via et ratione experimentum arduum aggressi essent, contigit eis, ut imagines lucis ope conficerent, quae (ut Cardinalis Mercati litteris ad me datis re perpetrata dixit) ex parte faciliores lectu sunt quam ipse codex. his tabellis usus et collato diligenter codice Vat. gr. 1433 (Z), qui, ut iam dixi, apographon codicis S est, spero nos variam eius lectionem quam accuratissime fieri potest excussisse. praeterea collatione huius operis optima mihi uti licebat, quam Paulus Troll Berolinensis anno 1911/12 Romae ex ipso codice fecit; ipse quoque plurimis locis phototypias denuo comparavi.

Tractatus De instituto Christiano extat ff. 37v-41v. inscriptio differt ab A, qui sic legit: περὶ τοῦ κατὰ θεὸν σκοποῦ καὶ τῆς κατὰ ἀλήθειαν ἀσκήσεως. haec verba desunt in S, sed olim in eius exemplari vel potius in archetypo extitisse probabile est (cf. p. 9). nunc eorum loco haec in S legimus: πρὸς τοὺς ἀπαιτήσαντας ἀσκητὰς (λόγον περὶ?) τοῦ τῆς εὐσεβείας σκοποῦ καὶ τοῦ ὅπως χρὴ συνεῖναι ἀλλήλοις καὶ συναγωνίζεσθαι ὑπο-

τύπωσις. haec non tam inscriptio quam descriptio est, quales in aliis operibus Gregorii in S invenimus. librarius in animo habuisse videtur, quid qua de causa auctor hoc libro assequi voluerit, breviter indicare. itaque eum monachorum mentionem facere oportebat, qui a Gregorio petiverant, ut manuductionem ad vitam monasticam (vel ut ipse appellat 'philosophicam') sibi scriberet, et bene genus litterarum definivit, ad quod liber pertineret, cum ὑποτύπωσιν eum vocaret. omissa praepositio περὶ suadet, ut scribam inscriptionem ex veteri exemplari sumpsisse credamus.

Sed quamquam S ex codice descriptus esse videtur, qui multis in rebus a codice A differebat, tamen A et S ex uno fonte derivandi sunt. magnus est numerus lectionum, quas A cum S contra M vel contra M et Macarium (de quo cf. p. 31) communes habet. velut p. 44, 17 πνεῦμα om SA; 45, 24 πανουργίαν pro μεθοδείαν SA; 25 ὁ om SA; 49, 18 τελουμένων M Mac: τελειουμένων A eras ει τελειουμένην S ex coniectura, certe legit ει in exemplari suo; 19 τὴν om SA; 51, 16 οὐρανοῖς M: ἀνθρώποις falso SA; 53, 10 τις M corruptum: om SA ex coniectura ut vid; 14 post σαφῶς dist SA falso (ante σαφῶς M recte); 55, 12 τὴν om SA; 58, 4 ἡμῶν: ὑμῶν SA; 58, 6 πολλὴν: πάλιν SA; 59, 1 τῶν ante νεκρῶν M Mac: om SA; 61, 11 καὶ ante ἐπὶ om SA; 65, 6 ἣν ἡ M Mac: τὴν SA; 65, 11 τὸ M: τοῖς ex Scriptura corr SA; 67, 10 γυμνὸς εἴη M Mac: γυμνώσει SA; 68, 7 φαίνοιτο M Mac, φαίνηꙸ (= φαίνηται) A, φανῆς S ex coniectura ut vid; 70, 13 τῷ πατρὶ κληρονόμον Mac: τῷ πνεύματι κληρονόμον SA τῷ πνευματικῷ κληρονόμῳ M; 75, 16 τὰ om SA; 78, 1 τῇ δικαιοσύνῃ κἀκείνῃ om SA Mac; 83, 1 εὐχὴ M Mac: οὖν χρὴ SA; 83, 3 τὴν Mac: γῆν SA om M; 83, 12 τὰς ἀθλίας om SA; 84, 2 χαρᾶς M: χάριτος SA χώρας Mac. etiam in libello De professione Christiana praeter magnum numerum minorum corruptionum maiores lacunas homoeoteleuto ortas com-

munes habent SA velut p. 135, 17 verba συμφυῶς ἐχομένας usque ad 18 ὀνόματι om SA, propterea 18 οὕτως addunt; et p. 138, 17 verba μιμεῖσθαι usque ad 20 ᾖ δυνατὸν om SA. his exemplis comprobatur codices A et S ex eodem fonte fluxisse. communem eorum originem etiam prima verba tractatus nostri indicant, quae in utroque codice sic se habent: εἴ τις κατὰ θεὸν ἀποστήσας τοῦ σώματος τὴν διάνοιαν . . . pro κατὰ θεὸν codex M et vulg. legunt μικρὸν, quod unice verum est. verba κατὰ θεὸν nescio quo modo ex titulo praecedente περὶ τοῦ κατὰ θεὸν σκοποῦ in textum delapsa videntur, quod certum indicium est hanc tituli formam in archetypo utriusque codicis extitisse.

Sed etsi A cum S ita cognatus est, ut uterque saepe eodem corruptionis contagio laboret, tamen A multis locis ab S dissentit vel cum M contra S consentit. his locis consentaneum est codicem S textum fontis communis vel corrupisse vel correxisse, MA autem lectionem archetypi, etiam si falsa erat, conservarunt. nec desunt bonae codicis S lectiones seu correctiones, quas in textum recipere non dubitavi. plurimas tamen eius discrepantias ab MA coniecturas esse persuasum habeo, sive ipse verba tradita temptavit sive ex fonte aliquo recepit. velut p. 42, 2 ταμείου MA legunt, ταμιείου S ex coniectura, sed recte arbitror in auctore atticissante, qui scripturam vulgarem vitare solebat; 43, 16 ἄλλον MA: ὅλον S recte sed ut videtur ex coniectura, nisi archetypus variam lectionem habebat, ὅλον M^2 (de altera manu huius codicis cf. p. 24); 48, 3 καὶ om MA v, add S recte, sed etiam A coniecisse videtur, qui omisso καὶ scripsit προσάγει et novam sententiam ab eo verbo incipit; 49, 12 μετ' αὐτὴν MA, μετ' αὐτῆς coniectura facili S (et M^2, qui hoc ut solet ex S sumpsit); 54, 20 ἐξ ὧν om MA v, add S, excerptor in suo exemplo non legit; 55, 14 δὲ MA, om S exp M^2; 58, 12 τὴν σφραγῖδα MA falso, τῆς σφραγῖδος S facili ut

videtur coniectura, sed potius δέχεσθαι vel tale aliquid excidisse puto; 62, 3 ἑορτάζομεν MA, ἑορτάζωμεν S et M², facili correctione; 64, 9 τε (antecedente μὲν) MA, δὲ S facili coniectura; 66, 7 οἴκησιν MA, οἴησιν S ex Scriptura recte, cf. Mac; 67, 4-5 τὸν ἐφεστῶτα τοῦ θεοῦ λόγον MA Mac: τὸν τοῦ ἐφεστῶτος ὡς τοῦ θεοῦ λόγον S falsa coniectura; 67, 7 τοῦ θελήματος om S, habent MA recte; 70, 2 τοῦ βίου τούτου MA Mac: τῷ βίῳ τούτῳ SM² facili sed fallaci coniectura; 70, 19 προηγεῖσθε MA (fuerat προηγῆσθε, cf. exc v), προηγεῖσθαι Mac: προηγούμενοι S ex falsa coniectura (et M² ex S); 71, 2 ἔσται MA Mac (ex linea sequenti), ἐστὶ S (M²), ubi Mac ostendit ἔσται antiquum esse errorem a S correctum; 74, 12 παράδυσιν MA, παρείσδυσιν cum S et Mac scripsi (var lect in archetypo?); 76, 4 ἐπεισαγαγὼν MA errore antiquo fontis communis, fuerat ἐπεισάγων quod ex Mac restitui, ἀντεπεισάγων coniecit S; 77, 3 καὶ MA Mac, om S; 79, 15 ἐπειδὴ MA Mac, ἐπεὶ S; 80, 2 ἀποδότω recte MA Mac, ἐπιδότω S; 79, 18 dist post ἐνοίκησις et οὖν post ἕκαστος add S falsa coniectura, om MA recte; 85, 1 ὧ MA recte, ὃ Mac: ὧν S ex falsa coniectura.

His locis codicum MA consensus lectionem antiqui exemplaris servavit, ex quo omnes codices nostri fluxisse videntur, quamquam S ab ea saepe secedit. quod quomodo factum sit, mox videbimus. S vel eius fons intermedius vir doctus fuit, qui in re dubia suo ingenio confidebat, at A, quae in antiquo codice invenerat, plerumque religiose conservavit. comparandus est exempli causa locus impeditus p. 43, 14, ubi A legit . . ελῶν unius litterae spatio ante ε relicto, quia haec littera in exemplari evanuerat et legi nequibat. S δελῶν scripsit docta sed falsa coniectura, ut p. 27 accuratius demonstrabo. iterum p. 41, 6 spatium quinque litterarum vacuum reliquit A, quia verbum in exemplari legere non poterat. M, qui ex eodem fonte

sua derivat, hanc lacunam plane ignorat nullo intervallo relicto, quasi nihil desit. at S πλάνη ex sententia antecedenti bene supplevit, etsi coniecturam esse existimo, cum alii codices alia suppleant. talibus correctionibus scatet S, nec vero pro certo hoc affirmare auderem, nisi in altera parte huius tractatus Macarius, qui eam ad litteram in suam epistulam transtulit, testis extaret locupletissimus, cum sit omnibus codicibus nostris quinque vel sex saeculis vetustior. de quo cf. p. 31 sq.

Sed difficilis iam oritur quaestio, quam adhuc in suspenso reliqui, utrum S lectiones, quibus a MA differt, ipse animo finxerit an ex traditione aliqua hauserit, et, si hoc fecit, utrum altero codice usus sit praeter archetypum communem codicum MAS an archetypus varias lectiones habuerit. haec quaestio nisi adiuvante alio codice, quo natura archetypi illustratur, solvi non potest. ultra hoc dubium plerumque nobis in indaganda textus historia procedere non licet. sed bene accidit, quod codex multo recentior quam A et S servatus est, qui fontem eorum illuminat et in hoc rerum discrimine nobis opem fert. itaque de eo iam dicendum est.

2. DE CODICE ARSENII ANTIQUO

L Codex Leidensis Gronovianus 12 chartaceus foliorum 277 saeculo XVI a docta manu scriptus continet multa Gregorii opera et quaedam alia velut Eustathii Antiocheni homiliam quandam de Lazaro, Maria et Martha; tractatum De instituto Christiano ff. 173v sq. (= p. 360 sq.) exhibet. textum praebet non decurtatum sicut libri antiquiores, et ex subscriptione, quae post indicem operum in eo collectorum collocata est, ipsum ex antiquissimo codice originem ducere cognoscimus: βίβλος διαφέρουσα ἀρσενίου μοναχοῦ καὶ ἡγουμένου μαθ(ητοῦ) μητροφάνους τοῦ ἀοι(δίμου) μητροπολίτου σμύρ-

νης. hic codex igitur olim Arsenii abbatis fuit, et celeberrimus ille Metrophanes, metropolites Smyrnae, quem suum praeceptorem appellat, adversarius illustris Photii patriarchi et dux episcoporum Ignatianorum fuit, qui saeculo nono vixit et bis exilium passus est. sed altera subscriptio extat post precationes quasdam in medio codice fol. 234v: ἐγράφη ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ς̄ Ῡ κᾱ ἰν^Δ ιε̄ μηνὶ ὀκτωβρίῳ ἐπὶ ἀλεξάνδρου καὶ κωνσταντίνου τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων. Alexander et Constantinus a mense Maio anni 911 usque ad Iunium 912 simul regnarunt, itaque codex Arsenii mense Octobri anni 911 finitus est. primae subscriptionis Geel in catalogo codicum Leidensium p. 4 iam mentionem fecerat, alteram F. Cavallera primus invenisse videtur, qui in hunc codicem accuratius inquisivit, cum ex eo S. Eustathii Antiocheni homiliam (spuriam, existimo) De Lazaro, Maria et Martha primus ederet (Parisiis 1905, p. 7). igitur codex L quamquam ipse recentissimae originis est, librum antiquissimum repraesentat. et si subscriptio non extaret, eum ex A vel eius fonte descriptum esse nobis concludendum esset, nam in plurimis rebus cum eo plane congruit. ipse titulus cum M et A, non cum S consentit. etiam eas lectiones, quas solus A praebet, L cum eo semper fere communes habet, et insunt in utroque codice eadem opera Gregorii paucis in L additis.

Sed quaestio multo perplexior est quam primo obtutu videtur. exempli gratia p. 40, 11 A falso ἀοράτων pro ὁρατῶν legit et idem in L extat, sed L in margine ὁράτων (sic) adscripsit. hoc saepe accidit et L non solum in hoc opere, sed ab initio ad finem notis marginalibus praeditus est, quibus A caret. notae plurimae ab eadem manu scriptae sunt, quae textum exaravit. his notis saepe verba 'forte' vel 'deest' aliaque eius modi addita sunt, quasi scriba

suas coniecturas commendare voluisset. quis notas scripserit, nescimus. F. Cavallera, qui ut supra dixi ex hoc codice homiliam Eustathii de Lazaro, Maria et Martha primum edidit (Parisiis 1905) et p. 4 sq. de origine codicis disseruit, notas marginales a manu Jo. Fred. Gronovii (1611-1671), qui olim hunc codicem possidebat, scriptas ideoque totum codicem ab eo exaratum esse putat. quod si verum esset, saec. XVII scriptus esset, idque iudice Cavallera eo confirmatur, quod interdum in margine additur 'deest in impresso'; quin etiam paginas editionis in indice initio codicis extante citari. ipse inspecto codice aestate 1950, cum tempus non permitteret, ut ipse notas et textum cum Gronovii manu et litteris graecis compararem, a bibliothecariis Leidensibus petivi, ut in hanc rem accuratius inquirerent. haec autem est sententia E. Huelshoffii, viri doctissimi, quam litteris mecum communicavit: manum, quae codicem notasque scripsit, a Gronovii manu graeca, quam Lugduni Batavorum bene cognitam habent, plane diversam esse; numeros paginarum, qui ad editionem referunt, quotquot in indice codicis extant, a manu recentiore adiectos esse; verba 'deest in impresso' non per totum codicem inveniri, sed in epistula ad Eustathium De sancta trinitate sola occurrere, ea autem diu ante Gregorii editionem Parisinam (1615) in Basilii editione Basiliensi (apud Frobenium 1532) seorsim edita erat. itaque collatio epistulae cum Frobeniana a scriba in margine codicis addita est, sed ad editionem Gregorii Parisinam anni 1615 codex prorsus non refert. terminus ergo, post quem L scriptus est, annus est 1532, quo Basilii editio Frobeniana in lucem prodiit.

His observationibus viri docti Lugdunensis grato animo utor, nec minus ad rem sunt, quae de notis marginalibus codicis L Huelshoff in litteris ad me

datis contribuit. etiam ex tabellis lucis ope confectis non omnes notas ab eadem manu profectas esse apparet, sed viro docto assentior secundam (et tertiam?) manum in eis distingui posse. id quoque veri simile est notas, quae verbo 'forte' insignitae sunt, coniecturas scribae esse vel esse posse, nam quotienscumque aliam originem habent, hoc expressis verbis indicare videtur. sed altera ex parte apparet, ut concedit idem vir doctissimus, inesse alias notas ab eodem scriba exaratas, quae ex antiquo exemplari descripsit, et quae exempla huius generis in L extant, hic afferam:

f. 15 hic margo habebat . . .
f. 113 quae duobus hisce asteriscis inserta sunt pro annotatione aliqua in margine erant apposita in archetypo
f. 170 hic asscriptum erat ab alio
f. 201 hoc vocabulum alterius litera appositum margo habebat
f. 203 et haec alterius manu in margine erant adiecta
f. 205 haec in margine alius posuerat
f. 206 haec ab alio in margine adscripta inserenda putavi quod sensui pulchre quadrare videbantur

'archetypus' igitur (id est codex Arsenii) notas margini adscriptas habebat, quae varias lectiones continebant. quinquies ex septem exemplis scriba addit has varias lectiones ab alia manu appositas fuisse. non igitur cum textu traditae erant. bis scriba de codicis correctionibus loquitur: f. 25v ad ἐν αι in margine adnotat: 'εἰδέναι scriptum fuerat in archetypo quod cum alicui non probaretur, erasis primoribus literis dictionem hoc modo mutilatam reliquit.' longiorem notam fol. 102 apposuit, quae et ipsa ad archetypum pertinet, sed hic eam transcribere supersedi.

Iam supra suspicatus eram discrepantias codicis S ab A ex notis marginalibus archetypi fluxisse, id

quod nunc, postquam codicem antiquissimum Arsenii mediante codice Leidensi recuperavimus, plane confirmatur. exempli causa redeamus ad duos locos in A corruptos, quos supra tractavimus. altero eorum (p. 43, 14) A legit . . ελῶν prima littera omissa et spatio relicto, S δελῶν prava coniectura scribit, M βελῶν, quod sensu caret, sed ostendit A condicionem communis archetypi optime conservasse. L hoc loco δελῶν in textu habet, sed apparet eum hanc lectionem non in textu sed in margine exemplaris invenisse, cum post δελῶν asteriscum in textu exhibeat. hoc signum quid sibi velit ex nota alia marginali fol. 103 cognoscimus: 'quae duobus hisce asteriscis inserta sunt pro annotatione aliqua in margine erant apposita in archetypo.' asteriscos etiam aliis locis in textu codicis L reperimus, qui omnes ad rem criticam a viris doctis Byzantinis adhibitam pertinent. apparet igitur verbum δελῶν, quod est in S, in Arsenii codice in margine extitisse, sed . . ελῶν, quod A servavit, in textu fuisse. etiam ceteris librorum AL lectionibus comprobatur eos ex eodem fonte fluxisse, quem Arsenii codicem antiquum fuisse iam manifestum est.

Alterum exemplum extat p. 41, 6, ubi A spatium quinque litterarum vacuum reliquit, quia verbum in antiquo exemplari legere non poterat. S πλάνη scribit, M omisit nullo spatio relicto, L in textu asteriscum ponit, sed in margine adnotat 'ἡ πλάνη forte deest.' S, qui πλάνη habet, ostendit hanc non coniecturam scribae codicis L esse, ut ex verbis 'forte deest' concludere possis, sed L in margine exemplaris Arsenii πλάνη vel ἡ πλάνη legit. sed hoc loco L minus audax erat neque πλάνη in textum recepit, id quod S saeculo XII fecerat. eodem loco L τῶν ἀνθρώπων in textu habet sicut A, at in margine 'lege ἀνον' scripsit, id quod in S invenimus. iterum igitur L lectionem codicis A in textu retinuit; variam lectionem, quam S

recte praetulit, τὸν ἄνθρωπον, L in margine reliquit, quamquam ipse quoque eam praeferebat. sed in scribendo textu titubasse videtur, nam primum ἄνθρωπον e margine in textum recipere volebat, tum animo mutato τῶν ἀνθρώπων in rasura correxit, quod archetypus in textu habebat, sed in margine se praeferre ἄνθρωπον indicavit, quod in margine archetypi invenerat.

Apparet codicem A, qui cum L (i.e. codice Arsenii antiquo) fere congruit, ex hoc codice saeculi X transcriptum esse, quo tempore notae nondum in margine eius appositae erant. postea S ex eodem 'archetypo', postquam variae lectiones ei additae sunt, descriptus est, qui eas lectiones magna ex parte in textum recepit. notae igitur saeculo XII (post A ex Arseniano descriptum) additae sunt. non est dubium, quin non ex alio codice haustae, sed coniectura ortae sint.

Nunc demum difficilem quaestionem solvere possumus, utrum illae notae codicis L, quibus verbum 'forte' vel 'deest' vel 'lege' additum est, ingenio scribae ipsius an vetustae memoriae debeantur. nam exempla quae attuli ostendunt codicem L verbum πλάνη, quod in margine supplet, et variam lectionem (τὸν) ἄνθρωπον, ex margine archetypi sumpsisse, unde S quoque sumpsit, qui ea in textum recepit. quod si L scribit 'ἡ πλάνη forte deest', vel 'ἄνθρωπον lege', hoc non significare potest eum has emendationes coniectura invenisse, sed recte cognoverat vir doctus has notas marginales 'archetypi' nil nisi coniecturas esse. sic etiam p. 42, 3 A et L ταύτην legunt, τοῦτον S; sed in margine fol. 174 L 'τοῦτον forte' scribit. neque vero ex S eum has lectiones ipsum hausisse multa indicia ostendunt. sic ad locum fol. 174v, ubi ex margine archetypi δελῶν in textum cum asterisco recepit, δόλων in margine habet non addito verbo 'forte'. scriba igitur in margine archetypi duas coniecturas invenit, δελῶν et δόλων,

e quibus primam in textum recepit, alteram in margine notavit. ex S hoc sumere non poterat, cum δόλων ibi deesset. extant alia exempla in L, quae in archetypi margine saepius plures coniecturas ad eundem locum adscriptas fuisse docent. sic fol. 128v in libro De infantibus praemature abreptis ad πλίθων in margine adnotat L: 'λίθων forte vel πλήθων vel πλίνθων'. ceterum si L varias lectiones margini appositas ex S sumpsisset, plures exscripsisset. at patet eum quae in margine notavit e margine codicis antiquissimi transcripsisse, ut virum doctum decebat; ubi autem lectionem marginalem in textum recepit, quod raro facit, hoc asterisco indicasse. sed cum duo vel tres manus diversae in notis marginalibus distingui possint, probabile est primam manum tantum notas ex codice Arsenii promptas praebere, ceteras coniecturas recentes esse. etiam notae marginales fol. 177r 'πικρῶς fort' et ibidem ἀπειληφώς pro ἀπείληφας ab S receptae et textui insertae sunt. ibidem linea 7 ὅσα ... ταῖς ψυχαῖς ἐγκαθημένη habet A, $ὅσ\overset{η}{α}$ ... ταῖς ψυχαῖς ἐγκαθημένη L, sed 'ἐγκαθημένα (sic) forte' in margine addit. duas igitur coniecturas praebebat archetypus, nam aut ὅσα ... ἐγκαθήμενα scribendum est aut ὅση ... ἐγκαθημένη, id quod recte praetulit S. aliis locis S lectionem quam in margine archetypi invenerat non secutus est, e.g. fol. 180 L in textu cum A et S legit γλώσσαις λέγω γενῶν (p. 60, 11), sed in margine addit 'ἀνθρώπων forte', quam coniecturam S recte repudiavit, et Mac ἀγγέλων scribendum esse docet. antecedenti linea τύχει in textu legit L, τύχῃ in margine correxit, quod SA quoque exhibent.

Poteram alia exempla addere partim ex hoc libello partim ex ceteris Gregorii operibus, quae L continet, sed satis me demonstravisse existimo S, ubi ab A secedit sed cum nota marginali codicis L consentit, lectionem suam e margine archetypi sumpsisse.

at ubi S neque cum notis in L neque cum A consentit, aut lapsus est aut coniecturam ipse temptavit. sed altero fonte ab archetypo diverso non usus est. immo vero communem codicum A et S fontem antiquum codicem Arsenii fuisse codex L, qui eius apographon est, iam docuit.

3. DE APOGRAPHIS CODICUM A ET S

Mon. Hic de apographis codicum A et S pauca addenda
47 sunt. codex Monacensis graecus 47 chartaceus saeculi XVI librum De instituto Christiano ff. 132v sq. continet. specimen eius pro me contulit idoneum Franciscus Egermann, nunc professor Monacensis et olim discipulus meus. lectiones codicis Mon cum Veneto A plane congruunt. fol. 132v (p. 43, 3) lacunam habet Mon quae in A non extat, inde a verbo ὅπως usque ad νόθα, sed propius inspicientibus patet hanc lacunam integram codicis Veneti lineam capere, quam scriba alterius libri properante stilo omisit. neque discrepat Mon ab A nisi raro minutis quibusdam rebus, quae scribae neglegentiae debentur. etiam ordo et delectus operum Gregorii idem est in utroque codice, quod facile intelleget, qui Monacensem ex duobus codicibus compactum esse cognoverit. prima autem pars eius apographon codicis A continet, ut scriba ipse in fine huius partis subscriptione addita confirmat, nam ibi (fol. 214) disertis verbis se hunc librum Venetiis anno 1551 ex alio codice descripsisse dicit [1]. iam reperto exemplari, quo usus est, apographon ex apparatu critico dimittere fas est. multi codices Veneti temporibus concilii Tridentini in usum patrum, qui eo convenerant et ad libros scriptorum veteris Ecclesiae recurrere sole-

[1] Nomen ei erat Ioannes Murmures et frater fuisse videtur illius Cornelii Murmuris, Andreae filii, qui scripsit codicem Mon. gr. 23 anno postquam hic codex exaratus est.

bant, descripti sunt. alia exempla huius rei cf. in praefatione mea ad libros Contra Eunomium (vol. II p. L sq.) et in praefatione ad librum De perfectione (huius voluminis p. 164).

Z Vaticanus graecus 1433, qui nostrum tractatum ff. 86r-97r continet, codex membranaceus est saeculo XIII pulchre scriptus. complectitur fere omnia Gregorii opera et idem est, opinor, quem teste Petro Batiffol (*La Vaticane de Paul III a Paul V*, Parisiis 1890, p. 54) Cardinalis Sirletus saeculo XVI a Graeco quodam emit et bibliothecae pontificiae addidit. ordo et numerus titulique operum, quae insunt, omnino cum S congruunt et textus idem est in utroque, quamquam Z nonnullis locis ab alia manu correctus et rasuras passus est. hunc librum, cum S multis locis difficillimus lectu esset, totum contulimus eiusque lectiones in apparatu critico simul cum S notavimus ad lectionem huius codicis corroborandam. comparavit primum H. Brown, iteratis curis examinaverunt J. P. Cooke et Th. J. Wade, S.J. ipse eis locis, ubi Z primum ab S dissentire videbatur, denuo inspexi, perraro tamen id usu confirmatum inveni. praeter quosdam scribae lapsus, qui vel peritissimo accidere solent, numerus coniecturarum vel correctionum, quas Z addidit, non magnus est. velut in loco p. 43, 14, quem supra p. 15 attuli, ubi pro mutilo verbo ..ελῶν A δελῶν coniecit S, Z, qui primum idem quod S habuisse videtur, δεσμῶν in rasura scripsit, quae coniectura melior est quam δελῶν, cum sensus loci eam notionem postulet, etiamsi non crediderim Gregorium sic scripsisse. codicem Z ex S descriptum esse multis indiciis confirmatur, et nonnulli loci in Z reperiuntur, ubi totam codicis S lineam omisit. sed apparet scribam codicis Z mechanico errore unam lineam in exemplari omisisse, nam verba omissa in S integram lineam efficiunt.

Par. Ex Z codex Parisinus suppl. gr. 399 bibliothecae
399 nationalis descriptus est. hic liber chartaceus est saeculi XVI; continet tractatum De instituto Christiano fol. 99r sq. contulit K. Herbert. titulus libri idem est qui in S et Z: πρὸς τοὺς ἀπαιτήσαντας (sscr. ἀποστήσαντας) ἀσκητὰς τοῦ τῆς εὐσεβείας σκοποῦ κτλ. (cf. p. 40), et sicut in utroque illorum verba λόγον περὶ, quae post ἀσκητὰς desiderantur, in Parisino omissa sunt. scriba recte animadvertit ἀπαιτήσαντας cum sequenti genitivo construi non posse, sed emendare locum non potuit. itaque stultam coniecturam supra ἀπαιτήσαντας addidit, cum scriberet ἀποστήσαντας, nam hoc ipsis auctoris verbis repugnat, qui monachos propter puram eorum fidem in libri prooemio collaudat. hunc codicem non ex S ipso, sed ex eius apographo Z descriptum esse certis vestigiis cognoscitur. e.g. p. 43,14 ubi S pro . . ελῶν A coniecturam δελῶν in textu habet (cf. p. 15), Z rasuram exhibet et super ea δεσμῶν scripsit Z^2, quae est ipsius coniectura, sed Par δεσμῶν in textu habet. igitur hunc librum ex Z a Z^2 correcto, non ex S sumpsit. idem aliis locis probatur, ubi Z verba codicis S mutavit vel eis aliquid addidit. e.g. p. 49, 10 κακίαν legit S idemque prius habuisse videtur Z, sed Z^2 in καρδίαν correxit, et Par hanc lectionem in textu habet. p. 49, 1 S παρουσίαν scribit, sed Z^2 hoc in παρρησίαν mutavit idemque Par recepit. possem multo plura dare exempla, sed unum tantum adiecisse contentus ero. scriba codicis Z iuxta titulum in margine addit hanc notam, quae in S deest: ὁ λόγος οὗτος ἐκ τῆς πρώτης ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Μακαρίου μεταπεποίηται. cognoverat igitur vir doctus hoc opus magna ex parte cum Pseudo-Macarii epistula congruere et inde concludit Macarium, i.e. patrem deserti notissimum, qui ante Gregorium Nyssenum natus erat, fontem eius fuisse. quam conclusionem falsam esse iam perspecta multo recentiore Pseudo-Macarii operum origine nemo non videt, sed

hanc quaestionem alio loco resumam. at certe saeculo XIII, quo Z scriptus est, haec coniectura viro docto asceticarum litterarum perito haud indigna erat. Par eam eodem loco, quo in Z extat, iuxta libri titulum in margine praebet. ex Z igitur, non ex S descriptus est.

Haec igitur tabula genealogica codicum, quos adhuc recensuimus, delineari potest:



4. DE CODICE AMBROSIANO

M Codex Ambrosianus graecus C 135 inf. membranaceus saeculi XI, qui multa Gregorii opera continet, librum De instituto Christiano habet ff. 247v-272r. hic codex antiquo more duabus columnis optime exaratus est et procul dubio textum ex libris vetustis desumpsit, qui similiter scripti erant. olim titulis aureis et litteris initialibus insignis erat, sed titulus cum initialibus in hoc libello sicut per totum codicem postea ab improba manu excisus est. pars tamen numeri, qui titulo in margine adscriptus erat, etiam nunc legi potest: fuit κδ', et revera liber De instituto Christiano in codice est ordine vicesimus quartus. finis libelli deest, fol. 271v desinit in verba τοῖς μαθηταῖς· καὶ δι' ἐκεί[νων (p. 89, 2). de ordine foliorum codicis turbato et de eius condicione cf. Martini-Bassi II p. 865. codex Ambrosianus olim ex Thessalia Mediolanum advectus est. altera manus librum correxit et notulas

margini adspersit, de qua postea plus dicendum erit. contulit codicem vir doctus mihi ignotus pro Wilamowitzio circa annum 1910, qui apographon libelli integrum confecit, quod mihi praesto est. ipse tabellis photographicis usus librum rursus contuli, postquam Philippus Levine seminarii mei sodalis textum apographi anonymi totum examinavit.

Textus codicis M cum SA plerumque congruit, sed aliquot discrepantias praebet, de quibus rationem reddere opus est. extat in MSA numerus satis magnus corruptionum, qui eis communes sunt eosque ab eodem archetypo repetendos esse ostendunt. de quibus postea, cum de archetypo dicam, plura exponam. sunt autem alii loci, quibus M unus peccavit, at SA integram lectionem servarunt: p. 40, 5 πρὸς SA: περὶ M; 40, 7 τῷ ἀνθρώπῳ om M; ibid. 40, 8 τῆς om M addidit M²; 41, 15 εἰς om M; 41, 22 ἑαυτῶν: αὐτῶν M; 42, 1 γράμμασι: γράμμα M; 42, 16 ὑμῖν ὁρμὴν ὑμῶν M; 43, 14 βελῶν M; 43, 18 verba ἐν ᾧ δὲ usque ad 19 δύναμις om M; 44, 1 ἐπιγίνεσθαι: ἐπιγενέσθαι M; 44, 6 αὕτη: αὐτὴ M; 44, 8 μόνου: μόνον M; 44, 26 λαμβάνοντος: λαβόντος M; 46, 6 κάλλος: καλῶς M; 46, 11 ὃ παρέχει: ὅπερ ἔχει M; 46, 15 τε: δὲ M; 47, 9 ἀνθρωπείας: ἀνθρωπίνης M; 47, 11 ἐὰν μὴ γὰρ M (om φησι); 48, 11 καὶ pr om M; 48, 14 παρὰ τοῦ διδόντος: παραδιδόντος M; 49, 6 ὃς: ὡς M; 50, 4 δι᾽ ἀρετῆς: τῆς M (om ἀρε-); 53, 10 τις M corruptum: om SA; 54, 4 τὰ λοιπὰ τῶν κρυπτῶν: τὰ κρυπτὰ τῶν λοιπῶν M; 54, 12 πονηρὰ ταῦτα: ταῦτα πονηρὰ M; 55, 6 φυλακῆς: φυλακὴν M ex coniectura; 55, 7 ἀνακύψας: ἀνακόψας M; 56, 4 γάμου: ἀγάμου M; 56, 19 τὸ μὲν . . . τὸ δὲ: τῶ μὲν . . . τῶ δὲ M; 59, 16 θῦ: χῦ M; 60, 7 πάντα ἐλπίζει om M homoeoteleuto; 61, 5 ἀφίκῃ: ἀφίκει M; 63, 19 ὡς σεαυτὸν: ὡς ἑαυτὸν M; 65, 1 δέος γὰρ om M; 66, 2 ἑαυτὸν om M; 69, 17 ἐπιμελεῖσθε: ἐπιμελεῖσθαι M; 71, 15 ἦν: ἧν M; 73, 16 ordinem verborum mutavit; 74, 8 μὴ καιρὸν:

μικρὸν M; 77, 15 τούτου: τούτων M; 78, 2 κἀκείνη: καὶ αὕτη M; 78, 10 δι' ἧς—11 κοινωνεῖ om M; 79, 4 ἀπολαύσουσιν: ἀπολαύουσιν M; 79, 6 ἡμᾶς om M; 82, 3 κύμασι: πνεύμασι M; 86, 18 μᾶλλον ante καυχ. add M; 87, 3 ἂν post ὡς add M.

Haec omnia talia sunt, qualia in scribendo occurrere solent, neque varias lectiones inter ea invenimus, quae nos de diversa origine codicis M cogitare cogunt. immo vero ex eodem fonte atque SA eum provenisse demonstrant. saepe ubi S dissentit, M et A antiqui codicis lectionem quamvis falsam servarunt (cf. supra p. 15). nonnullis locis M solus veram lectionem praebet, et in secunda parte libelli, ubi Macarium testem habemus, is non semel lectionem codicis M confirmat. sic p. 68, 12 δεῖ οὖν M Mac recte scribunt, δι' οὗ SA; 83, 1 εὐχὴ M Mac recte: οὖν χρὴ SA. alibi M solus rectam lectionem tuetur, quamquam raro hoc evenit: 40, 1 μικρὸν M: κατὰ θεὸν (ex titulo delapsum?) SA; 45, 24 μεθοδείαν M: πανουργίαν SA (var lect vel coniectura); 51, 16 οὐρανοῖς M: ἀνθρώποις SA; 54, 11 κυρίω M (=κω̄): θεῶ SA (= θω̄); 67, 10 γυμνὸς εἴη M: γυμνώσει SA; sed etsi dubitare possis, utrum M haec ex eodem codice haurire potuerit e quo A et S descripti sunt, id est ex codice Arsenii, tamen eadem est recensio ex eodem archetypo repetenda. aut igitur eo tempore, quo M scriptus est, archetypus codicum S et A has varias lectiones continebat aut M ex alio eiusdem stirpis codice fluxit, qui eundem patrem habebat atque liber Arsenii, id quod magis placet.



ex fonte communi eae corruptelae derivandae sunt, quas M cum SA communes habet. velut p. 41, 6 verbum in lac om A, πλάνη suppl. S, om M nullo spatio relicto; 43, 14 ..ελῶν A, δελῶν S ex coniectura, βελῶν ex coniectura M; 60, 11 γενῶν MSA corruptum: ἀγγέλων recte Macarius; 75, 8 ποιμαινόμενος MSA corruptum: ἑπόμενος recte Mac.

Apparet iam codices M et SA ex codice unico fluxisse, qui servatus erat et nono saeculo ut videtur describi coeptus est. inter eum et SA intercedit exemplar Arsenii, pauca autem, quae M solus habet, ex codice inter ipsum et archetypum intermedio sumpsit.

Postea M ab alia manu correctus est: p. 40, 8 τῆς om M, add M^2; 40, 10 ἔχει ante τῇ φύσει add M^2 falso; 41, 6 ἡ γοητεύουσα τὸν ἄνθρωπον ... lac quinque litt A, πλάνη add S, ἡδονὴ supplevit M^2 cum M nihil habeat et ne lacunam quidem indicaverit; 42, 1 γράμμα M -σι add M^2; 44, 1 ἐπιγίνεσθαι: ἐπιγενέσθαι M corr M^2; 45, 9 διαφθείρουσα: -σαν M, corr M^2; 46, 7 ἡ: εἰ M corr M^2; 46, 16 ἐγκελεύεται: ἐκκελεύεται M, corr M^2; 47, 4 συνελθοῦσα MA: συνελθόντα SM^2 falso, συνελθοῦσαι scribendum est; 48, 14 παρὰ τοῦ διδόντος: παραδιδόντος M, corr M^2; 49, 6 ὃς: ὡς M ὃς sscr M^2; 53, 10 τις M corruptum: om SA αὐτοῖς post συναριθμοῖτο add S ex coniectura, εἰκότως ἂν τοῖς ἀνθρωποκτόνοις συναριθμοῖτο M^2 marg; 55, 6 φυλακῆς: φυλακὴν M, corr M^2; 55, 7 ἀνακύψας: ἀνακόψας M, corr M^2; 55, 11 τὴν γραφὴν libri: τὴν ψυχὴν correxi, exp et αὐτὸν M^2 corr marg; 55, 14 δὲ post φόβῳ add MA, om S, exp M^2; 60, 11 γλώσσας (γλώσσαις W) ... γενῶν libri: γλώσσαις ἀγγέλων λαλῶν M^2 marg et ἔχων post ἰαμάτων addit; 61, 4 ἂν add M^2, quod ut bonam emendationem recepi.

His exemplis ostenditur M^2 partim ipsum errores codicis M correxisse partim ex S remedium petivisse.

At si M in aliis libris Gregorii tradendis aliis fontibus usus est, certe in hoc opusculo a recensione

codicibus A et S (i.e. codice Arsenii) servata non multum differt, neque altera classis memoriae extat praeter hanc, ut in libro De professione Christiana vel in Vita Macrinae factum est.

W Alterum codicem huic persimilem habemus Vindobonensem theol. gr. 42 chartaceum foliorum 239 saeculo XII scriptum, qui duodetriginta opera Gregorii Nysseni complectitur et librum De instituto Christiano ff. 141r-161r exhibet. est unus ex libris manu scriptis Ioannis Sambuci, quos postea Sebastianus Tengnagel possedit et legato bibliothecae Vindobonensi Caesareae reliquit. hic liber scriptus est manu pulcherrima, spatium linearum idem est per totum codicem, singulae paginae 36 lineas capiunt. opera aliud ab alio separata sunt ornamentis accuratissime delineatis. numerus in margine adpositus iuxta titulum singulorum operum ordinem eorum indicat. codex ergo Byzantinam collectionem continet. numerus κδ' libro De instituto Christiano additus idem est quem in M invenimus, titulus quoque congruit, et textus idem est paucissimis scribae erroribus in W additis. denique delectus atque ordo operum Nysseni in W coincidit cum eo, quo M utitur. praemisit W quattuor tractatus De beatitudinibus, De oratione dominica, Vitam Macrinae et Macrinia, sed inde a libro De deitate Spiritus et Filii, qui illos sequitur, usque ad finem codex W Ambrosiani M vestigia premit. unde praevios libros hauserit, nescio, at certe textum Vitae Macrinae ab eo, qui in M legitur, plane diversum habet. sed ea opera quae ei cum M communia sunt, non dubito quin W ex ipso M descripserit. quare nullus fere eius usus est nisi eis locis, quibus M iacturam foliorum passus vel pars folii ex eo excisa est, ubi pro M deficiente eum adhibui. ceterum ex apparatu critico dimisi. collatione usus sum e tabellis photographicis a J. P. Cooke facta, iterum contulit L. Feldman. ipse

codicem W multis locis inspexi et cum M comparavi. correcturas ab M² additas W non habet, unde eas post W ex M saeculo XII descriptum adiectas esse apparet, quod cum tempore codicis S, ex quo haustae sunt, optime convenit.

5. DE CODICE UNICO EX ANTIQUITATE SERVATO EIUSQUE CONDICIONE

Quoniam demonstravimus omnes nostri libelli codices, qui adhuc extant, ex uno codice antiquo feliciter servato derivandos esse, de eius indole et natura quid scire possumus?

Continebat textum integrum libri De instituto Christiano, qualem etiam nunc ex MSAL recuperare possumus. mediocriter ille corruptus erat, eiusque errores in omnibus codicibus nostris invenimus, nisi unus eorum huiusmodi locis coniectura usus est. ad condicionem archetypi illustrandam exemplis utar maxime manifestis, quae mihi etiam de emendando textu disserendi dabunt copiam.

p. 41, 5 loco iam saepius commemorato ἡ γοητεύουσα τὸν ἄνθρωπον πλάνη legit S, πλάνη om MA ἡδονὴ add M², lacunam quinque litterarum praebet A, isque condicionem archetypi optime reddit. nam eum hoc verbum in codice Arsenii, quem exscripsit, legere non potuisse ex hoc et aliis locis apparet, ubi quae legere nequibat, similiter spatio relicto indicavit. sed iam in communi archetypo codicis Arsenii et M hoc verbum legi non potuisse inde cognoscitur, quod M quoque id omisit, et S, qui scribit πλάνη, id coniecturae viri docti debet, qui postea notas in margine codicis Arsenii addidit, quas Leidensis conservavit (cf. p. 14). corrector codicis M quoque lacunam animadvertit et ἡδονὴ coniecit. excerptor, qui breviorem versionem libelli confecit, ἀπάτη coniecit. ex his coniecturis πλάνη longe optima est, nam hoc verbo auctor ipse praecedenti

sententia (p. 40, 11) utitur. πλάνη lacunam quinque litterarum bene replet, nec violat numerum clausulae: ‿‿⁄ ‿‿ ⁄‿.

Sed si quis dubitet, utrum verbum πλάνη ex antiquo fonte detortum an coniectura ortum sit, alterum exemplum eum convincet. p. 43, 13 in textu vulgato legimus: λύοντα μὲν ἑαυτὸν καθαρῶς τῶν τοῦ βίου τούτου †δεσμῶν καὶ πάσης ἀπηλλαγμένον τῆς τῶν ταπεινῶν καὶ ματαίων δουλείας. in verbo δεσμῶν nihil est, quod vituperes, et facile in eo acquiesceremus, nisi libri manu scripti antiquiores difficultatem praeberent. A, qui archetypi condicionem fidelissime conservat, ..ελῶν habet, ante ε relicto unius litterae spatio, βελῶν legit M, δελῶν S et pr Z, eius apographon. δεσμῶν correxit in rasura Z², quod excerptor quoque exhibet, unde in vulgatam receptum est. Gregorius hoc loco admonet eos, qui vitam monasticam capessere velint, ut primum a vinculis vel servitute vitae terrenae se liberent. hoc coniectura δεσμῶν bene exprimit, sed apparet eam nulla litterarum, quae in archetypo extabant, ratione habita factam esse. vestigia in codice A conservata (..ελῶν) et falsae coniecturae βελῶν M et δελῶν S satis docent verbum quinque litterarum ibi extitisse, cuius littera prima evanuerat; reliquos A ..ελῶν legisse sibi visus est; is qui δεσμῶν coniecit, significatum verbi mutili animo tetigit, attamen alio verbo opus est, quod eundem sensum habet ('vinculis se liberare') sed litteras ..ελῶν continet. synonynum desideramus verbi δεσμῶν, et si ..ΕΛΩΝ unciali scriptura exaratum animo fingas, facile ΠΕΔΩΝ restitues ('huius vitae compedibus se liberare'). coniectura βελῶν (M) nihil valet, quod metaphoram pravam introducit, quam cum λύειν coniungere nemo audebit, sed etiam δελῶν (S) nihil nisi coniectura est eaque quo doctior eo pravior ('huius vitae esca se liberare'), quod non solum pulchram metaphoram pessumdat, sed glossam inusi-

tatissimam ex sermone epico, qua Oppianus in Halieuticis usus est, in Gregorii orationem pedestrem Atticam interpolat, lexicis ut videtur adhibitis. denique δόλων, quod Leidensis in margine habet, coniectura est omnium pessima. nihil igitur praeter mutilum verbum ..ελῶν, quod A in codice Arsenii legerat, scribis codicum nostrorum traditum erat, et ad unum omnes ex eodem fonte fluxerunt, sicut etiam in aliis Gregorii operibus satis multis factum est.

Extant alia corrupti archetypi in libris nostris exempla, velut p. 44, 24 auctor scribit spiritum sanctum aedificare in uno quoque bonum (τὸ ἀγαθόν) pro animae in fidei operibus alacritate et studio, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν τὴν λέγουσαν, ὡς ὁ λαβὼν τὴν μνᾶν ἐκείνην ἐπὶ ἐργασίᾳ τοῦ δοθέντος, τοῦτ᾽ ἔστιν εἰς προκοπὴν καὶ αὔξησιν τοῦ λαμβάνοντος ἑκάστῳ δίδοται ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρις. auctor refert ad Luc. 19, 13 sq. pro λαμβάνοντος, quod in codice Arsenii fuisse consensus librorum SAL ostendit, λαβόντος legit M. sed hoc minoris momenti est; oratio enim post verba ὡς ὁ λαβὼν claudicat et verbum finitum deesse videtur velut ἐδέξατο vel ἔλαβε. L in nota margini adscripta coniecturam τῷ λαβόντι tradit, quam in codice Arsenii eum invenisse puto. igitur vir doctus quidam Byzantinus sententiam corruptam esse animadvertit, etsi coniectura eius vix verba auctoris restituit. error antiquus erat, qui ex archetypo in omnes codices dispersus est.

p. 54, 20 δύο γὰρ ὄντων [ἀνθρώπων] ἐξ ὧν ὁ εἷς ἄνθρωπος ἥρμοσται, ψυχῆς τε καὶ σώματος ... post ὄντων libri manu scripti legunt $\overline{\text{ἀνων}}$ (= ἀνθρώπων), sed cum animus et corpus non 'duo homines' appellari possint, apparet $\overline{\text{ἀνων}}$ duplicatione post ὄντων ortum esse. recte igitur secunda manus, quae codicem Z correxit, $\overline{\text{ἀνων}}$ expunxit; ego uncinis inclusi. verba ἐξ ὧν in MAL desunt, unus S ea exhibet, qui talia

coniecturae debere solet. sed cum L hoc loco notam in margine non habeat, aut S ipse coniecturam facilem invenit aut codex Arsenii, ex quo talia sumere solet, plures habebat notas quam L descripsit. verba ἐξ ὧν post ὄντων homoeoteleuto exciderunt. ἀνων, quod in omnibus codicibus extat, iam in archetypo fuisse patet.

p. 60, 9 οὐδέποτε, φησίν, ἐκπίπτει ἡ ἀγάπη. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; κἂν τῶν ἄλλων τις τύχῃ χαρισμάτων, ὧν τὸ πνεῦμα παρέχει (γλώσσας λέγω γενῶν † καὶ προφητείαν καὶ γνῶσιν καὶ χαρίσματα ἰαμάτων), μηδέποτε δὲ λυτρωθῇ καθαρῶς ἀπὸ τῶν ἔνδον ἐνοχλούντων παθῶν . . . ἐν φόβῳ καθέστηκεν ἔτι τῆς πτώσεως. verbum γενῶν, quod in omnibus libris manu scriptis legitur, corruptum, sed fuit in archetypo. Gregorius hoc loco ad I Cor. 13, 6 refert, quod cum intellexisset M^2, γλώσσαις ἀγγέλων λαλῶν correxit in margine, id est substituit verba quae in Pauli epistula extant, et post ἰαμάτων addidit ἔχων, utrumque ex coniectura. sed in parenthesi, quam indicavi, λέγω accusativum γλώσσας postulat sicut reliquos, προφητείαν, γνῶσιν etc., et cave Pauli verba in textum intrudas. etiam ἔχων non est necessarium. unum verbum γενῶν correctione eget et facile in ἀγγέλων emendatur, quod Macarius hoc loco in suo exemplari legit.

p. 69, 17 οὕτως οὖν ἐπιμελεῖσθε αὐτῶν ὡς ἂν χρηστοὶ παιδαγωγοὶ παίδων ἁπαλῶν, οὓς ἐπιστεύθησαν παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν. ἐκεῖνοί τε γὰρ τῶν παίδων τὰς ἕξεις σκοποῦντες τῷ μὲν πληγάς, τῷ δὲ νουθεσίαν, τῷ δὲ ἔπαινον, τῷ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον προσάγουσιν, οὐδὲν οὔτε πρὸς χάριν οὔτε πρὸς ἀπέχθειαν τούτων ποιοῦντες, ἀλλ' ὡς ἀνῆκε τῷ πράγματι καὶ ὁ τοῦ παιδὸς ἀπαιτεῖ τρόπος, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτοὺς <ζηλωτὰς> τοῦ βίου τούτου σεμνούς. S τῷ βίῳ τούτῳ legit, ex coniectura ut videtur, cum recte intelligat genitivum τοῦ βίου τούτου, quem in A et M scriptum invenimus, construi non posse, sed ut solet emendatio non tam simplex est quam ille cogitabat. vereor enim

ne admonitiones et poenae a superioribus inflictae vix appellari possint ὁ βίος οὗτος. immo vero haec verba certam vitae speciem atque formam indicant, cui monachus futurus assimilari debeat. deest igitur nomen velut ζηλωτὰς ante τοῦ βίου τούτου vel μιμητάς, quod adiectivo σεμνούς determinatur. apparet hunc locum iam in archetypo mendosum fuisse.

p. 70, 11 ὅπως τὴν ψυχὴν τοῦ πρὸς σὲ βλέποντος μαθητοῦ καλῶς ἐκπαιδεύσας λαμπρὰν τὴν ἐκείνης ἀρετὴν προσαγάγῃς τῷ πατρί, κληρονόμον ἄξιον τῆς ἐκείνου δωρεᾶς. in archetypo πατρί (= πρι) corruptum erat in πνεύματι (= πνι), quem errorem codex Arsenii (= SAL) conservabat. M legit πνευματικῷ κληρονόμῳ, quod ex πνεύματι κληρονόμον correctum, sed falsum esse nemo non videt. M igitur confirmat archetypum corruptum fuisse. ex Macarii epistula, qua magnam huius libri partem ad verbum expressit (cf. p. 31), cognoscimus nihil omnino mutandum esse nisi πρι pro πνι restituendum.

p. 72, 5 θεοῦ δὲ ἐπίγνωσιν εὑρὼν καὶ φόβον συνεὶς ῥᾳδίως καὶ τὸ ἐφεξῆς κατορθώσεις, τὸ ἀγαπᾶν λέγω τὸν πλησίον. libri manu scripti legunt συνήσεις, sed Macarius in exemplari suo legit συνεὶς, ita ut participia θεοῦ ἐπίγνωσιν εὑρὼν et φόβον συνεὶς coordinentur. hae duae notiones etiam in Prov. 2, 4-5 coordinatae sunt, quo auctor nos refert. nam ibi legimus συνήσεις φόβον κυρίου καὶ ἐπίγνωσιν θεοῦ εὑρήσεις. Gregorius non id dicere vult timorem Dei ex cognitione Dei oriri, id quod codicum lectio suadere videtur, sed duo participia (εὑρὼν . . . συνεὶς) usitatum sunt dicendi genus, quod parallelismus dicitur. ex utroque, Dei cognitione et timore, pendet nostra facultas homines vere diligendi. archetypus igitur hoc loco corruptus erat.

p. 70, 6 verus conventus superior et antistes fratrum similis esse debet bono medico: πρὸς τὴν ἑκάστου χρείαν καθάπερ ἀγαθὸς ἰατρὸς προσάγων τὸ φάρμακον· ἐκεῖνός τε γὰρ πρὸς τὰ πάθη σκοπῶν τῷ μὲν πρᾶον, τῷ δὲ

σφοδρότερον ἐπέθηκε φάρμακον, οὐδενὶ τῶν θεραπείας δεομένων ἀχθόμενος, ἀλλὰ ταῖς πληγαῖς (?) καὶ τοῖς σώμασιν ἁρμόζων τὴν τέχνην . . . πληγαῖς corruptum est. neque enim morbum significare potest neque haec notio hic desideratur, cum Gregorius paulo ante dixerit πρὸς τὰ πάθη σκοπῶν et id hoc loco iterari molestum esset. quod autem ei dicere in animo erat, hoc est: bonum medicum artem suam et animis et corporibus eorum, quos adiuvare vult, assimilare. ita enim ars medici saepe in litteris graecis describitur. itaque scribendum est: ἀλλὰ ταῖς ψυχαῖς καὶ τοῖς σώμασιν ἁρμόζων τὴν τέχνην. error non ex palaeographica similitudine ortus est, sed verbo, quod scribae ante oculos versabatur, pro ψυχαῖς substituto. medicina, quam animo fingebat, πληγαί erant, quae poena in monasteriis nonnumquam peccantibus infligebatur. sic archetypus falso πληγαῖς legit, quod in omnibus libris extat.

Haec et plura huiusmodi menda archetypum perditum nostrorum codicum, quem nono saeculo scriptum esse existimo, deformabant. difficile dictu est, utrum eius scriba in exemplari, quod ex extrema antiquitate nactus erat, haec menda invenerit an ipse peccaverit. nam etsi multa nostrorum codicum menda vel lectionum varietatem ex summa antiquitate originem trahere iam non dubium est, raro tamen pro certo hoc affirmare possumus. sed bene accidit quod in libro De instituto Christiano recensendo nobis licet supra tempora codicum Byzantinorum ad ipsius antiquitatis ultima saecula ascendere et libros manu scriptos, quos habemus, cum memoria multo vetustiore comparare. quod ut facere possimus, iam de Macarii epistula quae dicitur magna mihi dicendum est.

6. DE MACARII EPISTULA

Anno 1910 J. Stiglmayr S.J., litterarum asceticarum antiquitatis Christianae assiduus lector, primus in-

tellexit secundam partem libri nostri cum epistula altera (Migne P.G. XXXIV, 409-441) Macarii q. f. Aegyptii ad verbum paene congruere (*Theologie und Glaube* vol. II (1910) p. 571 sq.). concludebat vir doctissimus epistulam non a Macario Aegyptio scriptam esse posse, qui circa triginta annis ante Gregorium natus est, sed ab alio homine ex nostro tractatu post Gregorii obitum compilatam esse. decennio post Stiglmayrum alius vir huius litterarum generis peritus, L. Villecourt natione Belga, Gregorii et Macarii libris iterum et diligentius examinatis hoc cognovisse sibi visus est ('La grande lettre grecque de Macaire', *Revue de l'Orient chrétien* XXII (1930) p. 29 sq.): Gregorii librum fontem Macarii fuisse non posse, ut Stiglmayro placebat, sed secundam partem epistulae Macarianae ab auctore libri De instituto Christiano decurtatam et foede mutilatam esse. itaque Gregorium Nyssenum non posse auctorem esse nostri libelli, sed alium quendam hominem ignotum alteram eius partem ex Macarii epistula excerpsisse. quod si verum esset, hic liber indignus esset, qui in editione Gregorii Nysseni includeretur.

Multa ex illo tempore de Macarii persona et doctrina et de scriptis sub eius nomine traditis disputata sunt, quae hic enumerare longum est (cf. H. Dörries, 'Symeon von Mesopotamien', *Texte und Untersuchungen* v. 55, p. 2-3, Lipsiae 1941). quare libro separato mihi in animo est fusius de hac quaestione et de ratione, quae inter Gregorii librum et Macarii epistulam intercedit, disserere. hoc loco non nisi breviter eam perstringam, quantum ad textum libri De instituto Christiano recensendum pertinet. nunc enim integro textu libri nostri reperto apparet illas virorum doctorum conclusiones non supra petram, sed supra arenam aedificatas esse, cum veram libri naturam nondum cognitam haberent. *iam patet librum, quem*

illi in editionibus Gregorio attributum legebant, re vera, ut illi putabant, nil nisi excerptum esse, at excerptus est non e Pseudo-Macarii misera compilatione, sed ex integro Gregorii textu, qui nunc demum innotuit; 'Macarii' autem epistulae pars secunda ad litteram ex hac integra versione Gregorii (*p.* 64, 4 *usque ad finem*) *compilata est.* primam quoque partem epistulae ex alio opere huc translatam esse H. Dörries cognovit, qui eam ex homilia XL Macarii (collectionis in cod. Vat. gr. 694 servatae, cf. Dörries loc. cit. p. 227 sq.) desumptam esse vidit. tota igitur epistula cento est a recentiore compilatore ex alienis pannis consarcinatus.

Sed etiamsi epistula nil valet ad cognoscendum auctorem homiliarum, quae sub Macarii nomine in codicibus manu scriptis feruntur, tamen nobis auxilium fert minime spernendum in libro Gregorii, quem compilator ad verbum secutus est, recensendo. nam textum libri praebet multis locis integriorem quam fuit archetypus codicum nostrorum Byzantinus. qui cum nono saeculo vix sit antiquior, ex epistula Pseudo-Macarii textum talem nanciscimur, qualis erat temporibus exeuntis antiquitatis, id est nostro archetypo quattuor fere saeculis antiquiorem. Pseudo-Macarius igitur idem valet in nostro opere edendo quod commentarii Alexandri Aphrodisiensis vel Simplicii in recensendis Aristotelis libris vel Galeni commentarii in edendo Hippocrate, nisi quod Macarius non singula verba auctoris, sed textum integrum partis in epistula servatae praebet. itaque epistulam in altera parte libri, quam Pseudo-Macarius e Gregorio compilavit, codicis instar adhibui et lectiones eius in apparatu notavi. summi momenti est, quod quinto saeculo libri textum eundem fuisse, qui in codicibus antiquis servatus est, ex Macario discimus. neque enim cum textu excerptoris, qui in editionibus Gregorii impressus est, quicquam

commune habet. sed de excerptoris aetate recenti postea dicam (p. 36). plerumque Mac(arius) cum lectione codicum Gregorii, ubi congruunt, consentit. multis locis Mac lectionem meliorem confirmat, ubi codices nostri dissentiunt. aliis solus integra Gregorii verba servavit contra consensum codicum (id est contra archetypum saeculi IX). sic p. 29 ostendi omnes codices falso γλώσσας γενῶν legere, Mac solum γλώσσας ἀγγέλων recte conservasse; p. 81, 17 in codicibus legimus ἐκεῖθεν ὕπνος καὶ βάρησις σώματος καὶ ψυχῆς μαλακία καὶ ἀκηδία καὶ ὀλιγωρία καὶ ἀνυπομονησία καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας ἐνεργήματα, sed Mac habet πάθη καὶ ἐνεργήματα et hoc melius est. Mac saepius verbum, quod in archetypo exciderat, servavit. in librorum nostrorum dissensione Mac modo cum SA modo cum M modo cum MA, raro cum S consentit. his locis S aut coniectura aut varia lectione usus est. p. 66, 7 οἴκησιν archetypus scripsit (sic legunt MA), sed Mac S recte οἴησιν habent, quod S ex Scriptura restituisse videtur. solus Mac lectionem genuinam servavit p. 75, 8, ubi ἑπόμενος legit, sed libri omnes ποιμαινόμενος habent. nonnunquam tamen Mac textum minus integrum habet quam codices nostri: sic p. 73, 13 verba παρὰ τοῦ κυρίου τὴν σύστασιν omisit. non loquor de scribae erroribus hic illic obviis, ubi vincit codicum Gregorii auctoritas, velut itacismis, rebus orthographicis id genus. in fine libri p. 89, 10 Mac pro verbis δοξάζειν . . . 11 ἀεὶ καὶ, quae in codicibus extant, haec substituit: τυχεῖν τῶν ἀρρήτων μυστηρίων ἐκείνων ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν ᾧ ἡ δόξα, sed haec non genuina libri peroratio fuisse videtur, immo Mac, qui in ceteris rebus fontem suum fideliter secutus est, doxologiam in fine mutavit, sicut primam partem epistulae ex alio fonte addidit. difficile dictu est, utrum compilator hoc fraudis consilio an nulla auctorum ratione habita ad solam aedificationem legentium

fecerit, sed non obliviscendum est etiam excerptorem nostri libelli doxologiam in fine mutasse, cum verba a p. 89, 6 οὕτως ἀποστρέφεσθαι usque ad finem omitteret et haec substitueret: αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

Textu 'Macarii' epistulae usus sum eo, qui in Mignei P.G. vol. XXXIV legitur et e codice Berolinensi gr. 16 bombycino saeculi XII vel XIII a Flossio primum editus est. et utinam mihi licuisset aut ipsum codicem videre aut novam eius collationem assequi. sed bello perditus esse videtur, ita ut mihi in textu vulgato acquiescendum sit. interim editores Macarii H. Dörries et E. Klostermann loco huius epistulae, quae non est 'Macarii', alteram ampliorem e codicibus manu scriptis in lucem protraxerunt, quam paraphrasim quandam esse libri De instituto Christiano statim cognovi. apparet hunc Gregorii librum, qui ad monachos instruendos scriptus erat, summam auctoritatem apud eos habuisse et a superioribus monasteriorum saeculo proximo hunc ad finem adhibitum esse, id quod plurimum valet ad historiam textus recte intelligendam. ad ipsa tamen verba Gregorii Nysseni restituenda nova illa epistula non multum proficimus, cum sit libera amplificatio et enarratio operis Gregoriani. sed testis locupletissimus est hic liber, quantum ad formam et condicionem textus Gregorii attinet, quae quinto saeculo extabat. textu enim integro libelli De instituto Christiano auctor paraphrasis, qui Macarius in codicibus manu scriptis dicitur, usus est nec novit textus versionem decurtatam. ex hac paraphrasi postea duo libri, qui et ipsi sub Macarii nomine feruntur, excerpti sunt, quorum unus inscribitur De perfectione, alter De oratione (Migne, P.G. XXXIV, 841-852 et 853-865). quos si in unum coniungas, alteram et breviorem paraphrasim libri De instituto Christiano habes, ceterum ad rem criticam haec quoque nihil valet, quantum ad Gregorii librum spectat. ostendit tamen paraphraseon

graecarum series, quibus Syriacae addi debent, quanta fuerit libri nostri per medium aevum in oriente auctoritas.

II. DE EXCERPTO VINDOBONENSI EDITIONUM IMPRESSARUM FONTE

Codex Vindobonensis theol. graecus 35 chartaceus saeculi XIII in largissimis foliis minutis litteris multisque compendiis scriptus continet viginti foliis (!) tredecim Gregorii Nysseni libros, in quibus est De instituto Christiano libellus, ff. 2r-3v. sed textus huius operis ab eo, quem codices antiqui supra a nobis descripti exhibent, admodum diversus est, nam versionem multo breviorem praebet, in qua magna pars operis omissa est. quod cum comparata Mignei editione cum hac nostra intelligere facile sit, hic exempla dare non est consilium, sed in apparatu critico quid excerptor omiserit vel mutaverit, diligenter indicavi. et cum nonnunquam ipsi auctores breviorem editionem operis sui instituerint, non supervacaneum est demonstrare excerptum codicis Vindobonensis non a Gregorio Nysseno profectum esse posse, sed librum epitomatoris manu tam foede mutilatum esse. quando hoc excerptum ortum sit nescimus, sed vestigia eius ante codicem Vindobonensem nulla inveni. neque vero hic libellus solus in eo tam misere resectus est, sed extant in eodem volumine alia exempla huius excerpendi libidinis, quae scribam haud indoctum via ac ratione varia opera Nysseni decurtasse ostendunt. sic liber Contra fatum tertia parte abbreviatus in codice Vindobonensi legitur et liber In illud: Qui fornicatur in proprium corpus peccat, multis locis non solum singula verba sed multas lineas omisit. etiam liber De communibus notitiis in formam a reliquis codicibus valde diversam multoque breviorem redactus inest (de libro Ad Eustath. De trinitate cf. Mercati, *Studi*

e Testi XI, p. 57-82, Rome 1903). itaque facere non possumus, quin concludamus has epitomas ab uno homine in domusionem factas esse eumque eundem fuisse qui codicem Vindobonensem scripsit. etiam incredibilis scribendi neglegentia, quae codicem vix legibilem reddit, hoc suadere videtur. nam non est cur eum consulto lectores decipere voluisse credamus, immo vero in proprium usum ille haec excerpta fabricatus est. certe non volebat sermonem auctoris polire, id quod non semel in hoc litterarum genere accidit. nec mirum est, quod viri docti recentiores, qui nihil praeter hoc excerptum libri praeclari legebant, librum tam mutilatum vix genuinum esse posse arbitrati sunt. in hoc solum erraverunt, quod libros manu scriptos per tot saecula intactos reliquerunt. ceterum de excerptoris opere in separato libro, quem de novo tractatu me editurum esse promisi, plura dicam.

Ex codice Vindobonensi duo codices recentiores descripti sunt, qui nunc soli praeter eum hanc decurtatam textus formam praebent, codex Musei Britannici Old Royal 16.D.XI chartaceus saeculi XVI, qui eadem opera atque Vindobonensis continet, et Urbinas graecus 9 chartaceus saeculi XVII. hic pars est collectionis omnium operum Gregorii Nysseni, de qua in praefatione librorum Contra Eunomium vol. II p. lviii sq. diligenter egi (cf. etiam huius voluminis p. 125 et 152). uterque codex textui editionis Parisinae et Patrologiae Mignei simillimus est, etsi proprios quosdam scribae errores praebet. tamen nescio an textus editione Parisina divulgatus ex neutro eorum haustus sit, sed ex tertio quodam codice recentissimo iam perdito. at certe textus vulgatus per unum ex his a codice Vindobonensi derivatus est. quod cum multis exemplis illustrare nolim (textus enim in his libris et in editionibus inde ab editione principe paene

idem est), satis habebo Vindobonensem communem eorum fontem fuisse ex lacunis quibusdam demonstrasse, quae in textu editionis Parisinae et Mignei inveniuntur. apud Migne p. 297 B legimus: τοῦτό ἐστι κατόρθωμα μέγα φιλοσοφίας τὸ μέγαν ὄντα . . . τοῖς γὰρ . . . σθαι τῇ καρδίᾳ. codices nostri antiquiores, qui textum integrum habent, haec praebent: τὸ μέγαν ὄντα τοῖς ἔργοις συστέλλεσθαι τῇ καρδίᾳ, nec dubium quin Gregorius ita scripserit. codex Londinensis (fol. 279v) eandem lacunam habet quam libri impressi, sed spatium vacuum non nisi post τοῖς γϛ reliquit. Urbinas quoque (fol. 215r) lacunam post τοῖς γὰρ (sic) indicat. iam si ad Vindobonensem redimus, ibi verba τοῖς ἔργοις initio paginae (fol. 3r) integra legimus, sed sic scripta, ut prima syllaba pro compendio verbi γὰρ accipi possit, secunda autem syllaba una cum litteris συστέλ, quae eam sequuntur, damno chartae evanuerit. apparet igitur Vindobonensem fontem erroris in Londinensi et Urbinate et in editione Parisina fuisse, ex qua Mignei textus fluxit. idem de lacuna Migne p. 304 C τοῦ σπουδαίου . . . ἐνταῦθα demonstrari potest, quae in iisdem codicibus et in textu impresso simul invenitur. Londinensis et Urbinas igitur ex Vindobonensi descripti sunt, ex quo etiam textus decurtatus librorum impressorum mediante apographo nescio quo derivatus est, quem nunc abicere et ad integros memoriae fontes redire necesse est.

Gratias agimus maximas viris doctissimis, qui in opere benigne nos adiuvarunt: Johanni Card. Mercati, P. Anselmo Strittmatter, O.S.B., tum eis qui codices quosdam pro nobis contulerunt, quos in praefationibus nominavimus, inter eos J. E. Walshio, cuius strenuum auxilium etiam in manuscripto huius libri transscribendo et corrigendo numquam nobis defuit.

W. Jaeger

CONSPECTUS SIGLORUM

(De instituto Christiano)

A codex Venetus Marcianus gr. 68 membranaceus saec. XII

S codex Vaticanus gr. 1907 chartaceus saec. XII vel XIII

Z codex Vaticanus gr. 1433 membranaceus saec. XIII

M codex Ambrosianus C 135 inf. membranaceus saec. XI

Mac Epistulae Macarii q. d. Aegyptii magnae (= ep. II) pars altera (Migne, P. G. XXXIV, 420-442)

L codex Leidensis Gronovianus 12 chartaceus saec. XVI

v textus vulgatus editionis Parisinae (1638) et Mignei

exc excerptor (= codex Vindobonensis theol. gr. 35 (J) chartaceus saec. XIII)

^{2} ad siglum codicis adpositum (velut M^2Z^2) alteram manum significat

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΘΕΟΝ ΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΑΣΚΗΣΕΩΣ

Εἴ τις μικρὸν ἀποστήσας τοῦ σώματος τὴν διάνοιαν καὶ τῆς τῶν παθῶν δουλείας τε καὶ ἀφροσύνης ἔξω γενόμενος ἀδόλῳ καὶ εἰλικρινεῖ λογισμῷ τὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ κατίδοι ψυχήν, ὄψεται καθαρῶς ἐν τῇ ταύτης φύσει τοῦ θεοῦ τήν τε πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην καὶ τὸ βούλημα τῆς ἐκείνου δημιουργίας. εὑρήσει γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπισκοπῶν συνουσιωμένην τε καὶ συμπεφυκυῖαν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν ἐπὶ τὸ καλόν τε καὶ ἄριστον τῆς ἐπιθυμίας ὁρμὴν καὶ τῆς νοητῆς ἐκείνης καὶ μακαρίας εἰκόνος, ἧς ὁ ἄνθρωπος μίμημα, τὸν ἀπαθῆ καὶ μακάριον ἔρωτα συνημμένον τῇ φύσει. ἀλλὰ πλάνη τις τῶν ὁρατῶν τούτων καὶ ῥεόντων ἀεὶ διὰ πάθους ἀλόγου καὶ πικρᾶς ἡδονῆς τὴν ἀμελῆ καὶ ἀφύλακτον ὑπὸ ῥᾳθυμίας ψυχὴν ἀπατῶσα καὶ γοητεύουσα

9 cf. Gen. 1, 26

TITULUS τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ κατὰ θεὸν σκοποῦ καὶ τῆς κατὰ ἀλήθειαν ἀσκήσεως A (titulus excisus est in M) πρὸς τοὺς ἀπαιτήσαντας ἀσκητὰς (λόγον περὶ? cf. p. 41, 24) τοῦ τῆς εὐσεβείας σκοποῦ καὶ τοῦ ὅπως χρὴ συνεῖναι ἀλλήλοις καὶ συναγωνίζεσθαι ὑποτύπωσις SZ λόγος Ιᾱ add Z utramque tituli formam in unum conflatam habet v cuius fons est exc sive cod. Vind. theol. gr. 35 (J), qui primam in textu, alteram in margine exhibet scilicet e codice generis SZ postea additam. in marg scholium ab ipso scriba additum praebet Z: σημείωσαι ὁ λόγος οὗτος ἐκ τῆς πρώτης ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου μακαρίου μεταπεποίηται (eiusdem viri docti manus in fol. 103 huius codicis notam marginalem scripsit). de falsa scribae coniectura cf. p. 20. **MSZA** 1 μικρὸν M exc σμικρὸν v: κατὰ θεὸν SZA exc[2] an ex titulo huc delapsum? 2 γενόμενος ος in ras M 3 ἀδήλῳ exc εὐδήλῳ v (cf. 87, 19) αὐτὸς τὴν Z[2] 5 πρὸς SZA: περὶ M exc v 7 συνουσιουμένην v τῷ ἀνθρώπῳ om M 8 τῆς pr om M add M[2] 10 ἔχει ante τῇ φύσει add M[2] 11 ἀοράτων A

πρὸς κακίαν ἕλκει δεινήν, γεννωμένην τε ἐκ τῶν ἡδονῶν τοῦ βίου καὶ γεννῶσαν θάνατον τοῖς ἑαυτῆς ἐρασταῖς. διὰ τοῦτο τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας, τὸ σωτήριον ταῖς ψυχαῖς φάρμακον, ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τοῖς πόθῳ δεχομένοις ἐδωρήσατο χάρις· ὑφ' ἧς λύεται μὲν ἡ γοητεύουσα τὸν ἄνθρωπον πλάνη, τὸ δὲ τῆς σαρκὸς ἄτιμον κατασβέννυται φρόνημα, τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ πρὸς τὸ θεῖόν τε καὶ τὴν ἑαυτῆς σωτηρίαν ὁδηγουμένης τῆς ψυχῆς, ἣ τὴν γνῶσιν ἐδέξατο.

Ἐπειδὴ τοίνυν ταύτην ὑμεῖς ἀξίως λαμβάνοντες τὴν γνῶσιν καὶ τὸν θεῖον ἔρωτα κατὰ τὴν δοθεῖσαν τῇ ψυχῇ φύσιν εὐθύνοντες συνεληλύθατε προθύμως, κοινῇ πληροῦντες τὸν ἀποστολικὸν ἐν ταῖς πράξεσι χαρακτῆρα καὶ ποθοῦντες ὁδηγόν τινα παρ' ἡμῶν καὶ ἡγεμόνα τῆς τοῦ βίου πορείας λόγον λαβεῖν, ὃς εἰς τὴν εὐθεῖαν ἄξει, δεικνὺς ἀκριβῶς τίς μὲν ὁ τοῦ βίου τούτου τοῖς μετιοῦσι σκοπός, τί δὲ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον βούλημα τοῦ θεοῦ καὶ ποία τις πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦτον ὁδός, ὅπως τε συνεῖναι προσήκει τοὺς ταύτην πορευομένους ἀλλήλοις, καὶ ὅπως χρὴ τοὺς προεστῶτας εὐθύνειν τὸν τῆς φιλοσοφίας χορόν, οἵοις τε δεῖ πόνοις κεχρῆσθαι τοὺς ἐπὶ τὸ ἀκρότατον μέλλοντας ἀνιέναι τῆς ἀρετῆς καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς πρὸς τὴν τοῦ πνεύματος ὑποδοχὴν ἀξίας παρασκευάζειν· ἐπειδὴ τοίνυν τοῦτον ἡμᾶς ἀπαιτεῖτε τὸν λόγον, οὐχ

17 Rom. 12, 2 20 φιλοσοφίας χορόν monasteria dicit, frequens apud Gregorium usus

MSZA 1 ἕλκειν exc sed ἕλκει cum libris v καὶ post τε add A 2 αὐτῆς A 3 καὶ ante τὸ add SZA 5 τῶν ἀνθρώπων A 6 πλάνη SZ coniectura probabili (cf. 40, 11). in archetypo fuisse lacunam apparet, nam relicto spatio quinque litterarum πλάνη om A, nullo spatio relicto om M ἡδονὴ suppl M². ἡ ἀπάτη ἡ τὸν ἄν. γοητεύουσα exc v ex coniectura 8 τῆς ante ψυχῆς om M ἡ : ἣ fortasse A γνῶσιν libri (cf. 10): ἕνωσιν exc v clausulae numero pessumdato 10 verba ἐπειδὴ τοίνυν—43,7 ματαίῳ πεφυσημένοι om exc v ἡμεῖς SZ 15 εἰς om M 21 δεῖ ex corr Z δὴ A 22 αὐτῶν M 24 τούτων SZ τὸν om SZ

ἁπλῶς ἀπὸ στόματος ἀλλὰ γράμμασι τυπωθέντα, ὅπως ἐν τούτοις ἔχοντες αὐτὸν ἀποκείμενον καθάπερ ἐκ ταμιείου μνήμης πρὸς τὰς κατὰ καιρὸν χρείας ταύτην† λαμβάνητε, πειρασόμεθα κατὰ τὴν χορηγοῦσαν ἡμῖν τοῦ πνεύματος χάριν ἐπὶ τῇ παρούσῃ προθυμίᾳ εἰπεῖν, εἰδότες ἀκριβῶς ὡς ὁ τῆς εὐσεβείας ἐν ὑμῖν κανὼν τῷ ὀρθῷ τῆς πίστεως πέπηγε δόγματι, μίαν ἔχων τῆς μακαρίας τε καὶ ἀϊδίου τριάδος θεότητα μηδαμῶς μηδαμῇ παρηλλαγμένην ἀλλ' ἐν μιᾷ μὲν οὐσίᾳ, μιᾷ δὲ δόξῃ, τῷ αὐτῷ δὲ βουλήματι νοουμένην τε καὶ προσκυνουμένην κατὰ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις, ὡς προλαβόντες ὑπὸ μάρτυσι πολλοῖς κατεθέμεθα τὴν ὁμολογίαν τῷ λούσαντι ἡμᾶς ἐν τῇ τοῦ μυστηρίου πηγῇ πνεύματι· ταύτην συνειδότες ὑμῖν τὴν εὐσεβῆ καὶ ἀδιαμάρτητον τῆς πίστεως ὁμολογίαν ἐν τῷ βάθει τῆς ψυχῆς ἀσφαλῶς ἱδρυμένην τήν τε ἄνω πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ μακάριον διὰ τῆς τῶν πραγμάτων πορείας ὁρμὴν ὑμῶν καὶ ἀνάβασιν, γράφομεν ὑμῖν βραχέα τὰ σπέρματα τῆς διδασκαλίας, ἀπὸ τῶν προδωρηθέντων ἡμῖν παρὰ τοῦ πνεύματος †γραφῶν

11 concilium Constantinopolitanum a. 381 dicit, ubi dogma de deitate Spiritus sancti primum tamquam veram fidem ecclesiae patres constituerunt et tertium articulum, qui est de Spiritu sancto, ad Nicaenae fidei formulam addiderunt. Gregorium Nyssenum in hoc dogmate ecclesiae stabiliendo primam partem egisse hoc loco demum certo edocemur 17-18 auctor sua de eadem re opera dicit, quae ante hunc librum scripserat

MSZA 1 γράμμα M σι add M² 2 ἀπολείμενον ut vid in ἀπειλήμενον corr Z² (add ἢ ?) ταμεῖου MA 3 ταύτην MA post ταύτην vox deleta (λαμβα ut vid) M: τοῦτον e coniectura SZ an subest nomen agentis in -τήν velut κριτήν? 6 ὑμῖν MA: ἡμῖν SZ 12 λύσαντι Z et fort S 16 πραγμάτων cf. 41, 15 βίου πορείας, dubium ὑμῖν ὁρμὴν ὑμῶν M 17 γράφομεν: καὶ σπείρομεν M² marg βραχέάτα (τ supra scr.) corr M² id est βραχέ' ἄττα more Attico 18 γραφῶν corruptum nam cum προδωρηθέντων genere non congruit et p. 43, 1 auctor singulari γραφῆς utitur: corrigendum fort καρπῶν, cf. 17 σπέρματα (cf. etiam p. 83, 18 τῶν . . . τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος καρπῶν al)

ἐκλεγόμενοι, καὶ αὐτὰ δὲ πολλαχοῦ τὰ τῆς γραφῆς ῥήματα κατὰ τὴν χρείαν τιθέντες εἰς πίστιν τῶν λεγομένων καὶ εἰς φανέρωσιν τῆς ἡμετέρας περὶ αὐτὴν ὑπολήψεως, ὅπως ἂν μὴ δοκοίημεν ἀφέντες τὴν ἄνωθεν χάριν νόθα τίκτειν αὐτοὶ φαύλῃ τινὶ καὶ ταπεινῇ διανοίᾳ καὶ τοῖς ἔξωθεν λογισμοῖς τύπους εὐσεβείας πλάττοντες τούτους ἐπεισάγειν ἀμαθῶς ταῖς γραφαῖς φρονήματι ματαίῳ πεφυσημένοι.

Δεῖ τοίνυν τὸν μέλλοντα ψυχὴν καὶ σῶμα κατὰ τὸν τῆς εὐσεβείας νόμον προσάγειν θεῷ καὶ τὴν ἀναίμακτον αὐτῷ καὶ καθαρὰν ἀποδιδόναι λατρείαν, ἡγεμόνα [τε] τοῦ βίου τὴν εὐσεβῆ πίστιν ποιούμενον, ἣν αἱ τῶν ἁγίων φωναὶ διὰ πάσης ἡμῖν βοῶσι γραφῆς, οὕτως εὐπειθῆ καὶ εὐήνιον τὴν ψυχὴν τοῖς τῆς ἀρετῆς ἐπιδιδόναι δρόμοις, λύοντα μὲν ἑαυτὸν καθαρῶς τῶν τοῦ βίου τούτου πεδῶν καὶ πάσης ἀπηλλαγμένον τῆς τῶν ταπεινῶν καὶ ματαίων δουλείας, ὅλον δὲ τῇ πίστει καὶ τῷ βίῳ τοῦ θεοῦ μόνου γινόμενον, εἰδότα σαφῶς ὡς ἐν ᾧ πίστις εὐσεβείας καὶ βίος ἄμεμπτος, ἐκεῖ καὶ Χριστοῦ πάρεστι δύναμις, ἐν ᾧ δὲ Χριστοῦ πάρεστι δύναμις, ἐκεῖ κακίας πάσης φυγὴ καὶ τοῦ ληστεύοντος τὴν ζωὴν ἡμῶν θανάτου· οὐ γὰρ ἔχει τὰ πονηρὰ δύναμιν ἐν ἑαυτοῖς τοσαύτην ὡς ἀνθίστασθαι τῇ δεσποτικῇ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ παρακοῇ τῶν ἐντολῶν

9-10 cf. Rom. 12, 1

MSZA 5 φαύλῃ ex φαῦλοι corr M 10 καὶ post αὐτῷ om SZA 10-14 turbatam sententiae structuram deleto τε restituere conatus sum ita ut 12 οὕτως participium praecedens ποιούμενον Attico more excipiat 14 καθαρῶς om exc, cf. 66, 19 τούτου om exc v πεδῶν correxi: ελῶν A ante ε relicto unius literae spatio βελῶν M δελῶν SZ pr docta coniectura, fuit igitur . . ΕΛΩΝ in archetypo, δεσμῶν exc v, in ras Z² cf. In Psalm. 472 A 14-15 καὶ πάσης — 16 δουλείας om exc v 16 ὅλον SZ: ἄλλον M (ὅ sscr M²) A 16 μόνου SZA: μόνον M (καὶ ante μόνον sscr M²) exc v 18 verba ἐν ᾧ δὲ—19 δύναμις om M 19 πάρεστι om exc v ἀποφυγὴ (om πάσης) exc v 20 verba καὶ τοῦ ληστεύοντος—p. 44, 14 ἀόρατον κομίσῃ πλοῦτον om exc v 21 τοσαύτην om Z

ἐπιγίνεσθαι πέφυκεν· ὃ πάλαι μὲν πέπονθεν ὁ πρῶτος πλασθείς, νῦν δὲ πάντες οἱ τὴν τούτου παρακοὴν αὐθαιρέτῳ προαιρέσει μιμούμενοι· τοὺς δὲ προσερχομένους ἀδόλῳ γνώμῃ τῷ πνεύματι καὶ πίστιν ἔχοντας ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ, μηδεμιᾶς ἐν τῷ συνειδότι κηλῖδος ὑπούσης, ἡ τοῦ πνεύματος αὕτη καθαίρει δύναμις κατὰ τὸν εἰπόντα "Ότι τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν τὸ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγενήθη ἐν λόγῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ καθὼς οἴδατε, καὶ πάλιν Ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως τηρηθείη ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς παρέσχε διὰ τοῦ λουτροῦ τοῖς ἀξίοις τὸ τῆς ἀθανασίας ἐνέχυρον, ὅπως τὸ πιστευθὲν ἑκάστῳ τάλαντον τῇ τῶν πιστευθέντων ἐργασίᾳ τὸν ἀόρατον κομίσῃ πλοῦτον. μέγα γάρ, ἀδελφοί, μέγα πρὸς κτῆσιν τῶν νοητῶν τοῖς φόβῳ δεχομένοις τὸ ἅγιον βάπτισμα· τὸ γὰρ πλούσιον καὶ ἄφθονον πνεῦμα τὸ ῥέον ἀεὶ τοῖς δεχομένοις τὴν χάριν, ἧς οἱ ἅγιοι πληρωθέντες ἀπόστολοι ταῖς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαις τοὺς καρποὺς ἐπεδείξαντο τοῦ πληρώματος, τοῦτο τοῖς τὴν δωρεὰν εἰλικρινῶς δεξαμένοις κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου τῶν μετειληφότων πίστεως συνεργὸν καὶ σύνοικον παραμένει, οἰκοδομοῦν ἐν ἑκάστῳ τὸ ἀγαθὸν πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς τῆς πίστεως ἔργοις σπουδὴν κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν τὴν λέγουσαν, ὡς ὁ λαβὼν τὴν μνᾶν ἐκείνην† ἐπὶ ἐργασίᾳ τοῦ δοθέντος, τουτέστιν εἰς προκοπὴν καὶ αὔξησιν τοῦ λαμβάνοντος ἑκάστῳ δίδοται ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρις· δεῖ γὰρ τρέφεσθαι

6 I. Thess. 1, 5   9 I. Thess. 5, 23   24 Luc. 19, 13 sq.

MSZA 1 ἐπιγενέσθαι M ἐπιγίνεσθαι corr M² πρώτως SZ 5 μηδενὸς libri, μηδεμιᾶς in ras corr Z² quod recepi quamquam ex coniectura ortum 6 αὐτὴ M 7 ἐγεννήθη A 8 μόνον M 12 ὃς recte cod L: ὃ ceteri 15 γάρ om exc μέγα δὴ μέγα om ἀδελφοί v 17 πνεῦμα om SZA 24 verba κατὰ τὴν τοῦ κυρίου—p. 45, 17 οἰκείας ἀρετῆς καταστῆσαι om exc v 25 verbum velut ἐδέξατο vel ἔλαβεν excidisse puto τῷ λαβόντι cod L marg ex coniectura 26 λαβόντος M

τὴν ἀναγεννηθεῖσαν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει ψυχὴν μέχρι τοῦ μέτρου τῆς ἐν τῷ πνεύματι νοητῆς ἡλικίας, ἀρδομένην διαρκῶς τῷ τε ἱδρῶτι τῆς ἀρετῆς καὶ τῇ τῆς χάριτος χορηγίᾳ· ὥσπερ γὰρ ἡ τοῦ σώματος φύσις γεννηθέντος ἄρτι τοῦ βρέφους οὐκ ἐν τῷ ἁπαλῷ καταμένει τῆς ἡλικίας, ἀλλὰ ταῖς τοῦ σώματος τροφαῖς ἀρδομένη κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον πρὸς τὸ δοθὲν ἐπείγεται μέτρον, οὕτω προσήκει καὶ τὴν ἀρτιγενῆ ψυχήν, ἧς ἡ μετουσία τοῦ πνεύματος τὴν ἐπεισελθοῦσαν διὰ παρακοῆς διαφθείρουσα νόσον τὸ παλαιὸν ἀνανεοῖ τῇ φύσει κάλλος, μὴ μένειν ἀεὶ νήπιον μηδὲ ἀργεῖν καὶ σχολάζειν ἀκίνητον ἐν τῇ τῆς γεννήσεως καθεύδουσαν στάσει, ἀλλ' ἑαυτὴν ταῖς οἰκείαις ἄρδειν τροφαῖς καὶ πρὸς ὅπερ ἡ φύσις ἀπαιτεῖ μέγεθος διὰ πάσης ἀρετῆς καὶ πόνων ἐκτρέφειν, ὅπως ἂν τῷ ἀοράτῳ λῃστῇ καὶ πολλὰς ἀφανεῖς μηχανὰς προσβάλλοντι ταῖς ψυχαῖς ἀμήχανον ἑαυτὴν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος δι' οἰκείας ἀρετῆς καταστῆσαι.

Χρὴ οὖν ἀεὶ προάγειν ἑαυτὸν εἰς ἄνδρα τέλειον κατὰ τὸν ἀπόστολον Μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ εἰς ἄνδρα τέλειον εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης, ἀληθεύοντες δὲ αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν κατὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός· καὶ

19-25 Eph. 4, 13-15

MSZA 4 γὰρ om A 9 διαφθείρουσαν M ν eras (M²?) 17 καταστῆσαι correxi ad Gregorii usum: καταστήσῃ libri (-ει A) cf. G. W. P. Hoey, The use of the optative mood in Gr. Nyss. p. 94 sq. 18 post χρὴ οὖν add ἕκαστον ἡμῶν δι' ἀρετῆς προκόπτοντα exc v ut omissis praecedentibus facilior transitus fieret προάγειν SZM² marg: προσάγειν MA exc v 19 καταντήσομεν SZ exc (-ω- v) 22 verba ἵνα μηκέτι ὦμεν—p. 46, 7 συγγενομένῃ πόνοις om exc v 24 μεθοδείαν M: πανουργίαν SZAM² 25 ὅς correxit Charlton cf. Eph. 4, 14-15: ὅσα libri ὁ ante Χριστὸς om SZA

ἀλλαχοῦ ὁ αὐτὸς Μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον, θέλημα τέλειον τοῦ θεοῦ λέγων τὸ ὑπὸ εὐσεβείας μορφωθῆναι ψυχήν, ἣν εἰς ἄκρον ἀνθίζει κάλλος ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, τοῖς τοῦ μορφουμένου συγγενομένη πόνοις. ἡ μὲν οὖν τοῦ σώματος πρὸς τὸ ἀνελθεῖν ἐπίδοσις οὐδὲν ἐφ' ἡμῖν· οὐ γὰρ τῇ τοῦ ἀνθρώπου γνώμῃ καὶ ἡδονῇ μετρεῖ τὸ μέγεθος ἡ φύσις, ἀλλὰ τῇ αὐτῆς ὁρμῇ καὶ ἀνάγκῃ· τὸ δὲ τῆς ψυχῆς ἐν τῇ τῆς γεννήσεως ἀνανεώσει μέτρον καὶ κάλλος, ὃ παρέχει διὰ τῆς τοῦ δεχομένου σπουδῆς ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, τῆς ἡμετέρας ἤρτηται γνώμης· ὅσον γὰρ ἐκτείνεις τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας, τοσοῦτον καὶ τὸ τῆς ψυχῆς συνεκτείνεται μέγεθος, διά τε ἀγώνων καὶ πόνων ὑπὲρ ὧν καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἐγκελεύεται λέγων· Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς θύρας· καὶ πάλιν Βιάζεσθε· βιασταὶ γὰρ ἁρπάζουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ Ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος οὗτος σωθήσεται· καὶ Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν· καὶ ὁ ἀπόστολος δὲ Δι' ὑπομονῆς τρέχομεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα· καὶ Οὕτως, φησί, τρέχετε ἵνα καταλάβητε· καὶ πάλιν Ὡς θεοῦ διάκονοι ἐν ὑπομονῇ πολλῇ καὶ τὰ ἑξῆς. διὰ τοῦτο δὲ παρακαλεῖ τρέχειν καὶ ἐγκελεύεται συντόνως ἔχεσθαι τῶν ἀγώνων, ἐπειδὴ τοῖς τοῦ δεχομένου πόνοις ἡ δωρεὰ μετρεῖται τῆς χάριτος· τὴν μὲν γὰρ ἀίδιον ζωὴν καὶ

1 Rom. 12, 2 16 Luc. 13, 24; cf. Matth. 7, 13 17 cf. Matth. 11, 12. an ex memoria citavit? 18 Matth. 10, 22 Marc. 13, 13 19 Luc. 21, 19 20 Hebr. 12, 1 21 I. Cor. 9, 24 22 II. Cor. 6, 4

MSZA 1-2 utroque loco -σθε codd 4 τέλειον post θέλημα om M 6 καλῶς M 7 ἡ SZA: εἰ M corr M^2 οὖν om exc v 10 αὐτῆς v 11 ὃ παρέχει SZA: ὅπερ ἔχει M ἅπερ δίδωσι exc v 13 τῆς ante εὐσεβείας om SZ 15 διά τε ἀγώνων—26 μετρεῖται τῆς χάριτος om exc v τε SZA: δὲ M 16 ἐκκελεύεται M, corr M^2 17 καὶ om M 21 τρέχομεν, ω corr M^2 26 καὶ τὴν μὲν ἀίδιον exc v

τὴν ἄῤῥητον ἐν οὐρανοῖς εὐφροσύνην ἡ τοῦ πνεύματος δωρεῖται χάρις, τὴν δὲ ἀξίαν τοῦ δέξασθαι τὰ δῶρα καὶ ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος ὁ διὰ τῆς πίστεως περὶ τοὺς πόνους ἔρως παρέχει. συνελθοῦσαι δὲ εἰς ταὐτὸν δικαιοσύνης ἔργον καὶ πνεύματος χάρις, εἰς ἣν συνῆλθον ψυχήν, ταύτην ζωῆς μακαρίας μετ' ἀλλήλων ἐνέπλησαν· διαζυγεῖσαι δὲ ἀπ' ἀλλήλων οὐδὲν τῇ ψυχῇ κέρδος παρέχουσιν· ἥ τε γὰρ τοῦ θεοῦ χάρις ψυχαῖς φευγούσαις τὴν σωτηρίαν οὐκ ἔχει φύσιν ἐπιφοιτᾶν, ἥ τε τῆς ἀνθρωπείας ἀρετῆς δύναμις οὐκ ἐξαρκεῖ καθ' ἑαυτὴν πρὸς τὸ τῆς ζωῆς εἶδος ἀναβιβάσαι ψυχὰς ἀμοιρούσας τῆς χάριτος. Ἐὰν γάρ, φησί, μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον καὶ φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων καὶ κοπιᾷ ὁ οἰκοδομῶν· καὶ πάλιν Οὐ γὰρ ἐν τῇ ῥομφαίᾳ αὐτῶν ἐκληρονόμησαν γῆν, καὶ ὁ βραχίων αὐτῶν οὐκ ἔσωσεν αὐτούς, καίτοι ῥομφαίαις καὶ βραχίοσιν πρὸς τοὺς ἀγῶνας χρωμένων, ἀλλ' ἡ δεξιά σου καὶ ὁ βραχίων σου καὶ ὁ φωτισμὸς τοῦ προσώπου σου. τί τοῦτο λέγων; τὴν ἄνωθεν εἰς τοὺς ἐργάτας τοῦ κυρίου συμμαχίαν, καὶ ἅμα τὸ μὴ δεῖν φρονεῖν ταῖς ἀνθρωπίναις σπουδαῖς τοὺς νομίζοντας ἐν τοῖς ἑαυτῶν πόνοις ὅλον κεῖσθαι τὸν στέφανον, ἀλλὰ ἀναφέρειν ἐπὶ τὸ τοῦ θεοῦ θέλημα τὰς περὶ τοῦ τέλους ἐλπίδας.

Δεῖ οὖν εἰδέναι τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, πρὸς ὃ βλέποντα σπουδάζειν <χρὴ> τὸν τῆς μακαρίας ζωῆς ὀρεγόμενον καὶ πρὸς ἐκείνην ἐπιθυμοῦντα τὸν ἑαυτοῦ διαθεῖναι βίον.

11 cf. Ps. 126, 1   14 Ps. 43, 4   23 Rom. 12, 2

MSZA 1 ἡ om Z   2 δωρεῖται: δίδωσι exc v   3 περὶ: παρὰ exc v   4 ἔχει v   συνελθοῦσαι correxi: συνελθοῦσα MA συνελθόντα SZM² marg προελθοῦσαι exc v   4-5 δικαιοσύνη ἔργων exc v   5 χάρις om A   9 φύσιν om v   ἔχει φύσιν: ἐπὶ φύσιν A   ἀνθρωπειας SZA exc (-ίας A): ἀνθρωπίνης M   τοῦ ἀνθρώπου v   11 ἐὰν μὴ γὰρ ὁ M (om φησι)   13 verba ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων—19 συμμαχίαν καὶ ἅμα τὸ om exc v, pro quibus inserit οἱ περὶ ταῦτα πονοῦσι. κἀντεῦθεν διδασκόμεθα   14 ὁ γὰρ A   15 βραχίων αὐτοῦ Z   19 φρονεῖν id est μέγα φρονεῖν   20 τοὺς νομίζοντας ἐν τοῖς ἑαυτῶν πόνοις om exc v   23 verba δεῖ οὖν εἰδέναι—25 διαθεῖναι βίον om exc v   24 χρὴ supplevi

ἔστιν οὖν θέλημα τέλειον τοῦ θεοῦ τὸ καθᾶραι διὰ τῆς χάριτος τὴν ψυχὴν παντὸς μολυσμοῦ, τῶν τοῦ σώματος ἡδονῶν ὑψηλοτέραν ποιήσαντα, καὶ προσάγειν αὐτὴν καθαρὰν τῷ θεῷ, ποθοῦσαν καὶ δυναμένην ἰδεῖν τὸ νοητὸν ἐκεῖνο καὶ ἄφραστον φῶς. τοὺς τοιούτους καὶ ὁ κύριος μακαρίζει λέγων· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται· καὶ ἐν ἄλλοις παραγγέλλει· Γίνεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν. ἐπὶ ταύτην τὴν τελειότητα καὶ ὁ ἀπόστολος παρακαλεῖ τρέχειν λέγων· Ἵνα παραστήσω πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ εἰς ὃ καὶ κοπιῶ ἀγωνιζόμενος· καὶ ὁ Δαβὶδ πνεύματι λαλῶν διδάσκει τοὺς ὀρθῶς φιλοσοφεῖν θέλοντας τὴν τῆς ἀληθινῆς φιλοσοφίας ὁδόν, δι᾽ ἧς χρὴ βαδίζειν πρὸς τὸν τέλειον σκοπόν, αἰτοῦντας παρὰ τοῦ διδόντος ἅπερ διὰ τοῦ Δαβὶδ τὸ πνεῦμα διδάσκει· Γενηθήτω, φησίν, ἡ καρδία μου ἄμωμος ἐν τοῖς δικαιώμασίν σου, ὅπως ἂν μὴ αἰσχυνθῶ. φοβεῖσθαι κελεύει τὴν αἰσχύνην καὶ ἀποδύεσθαι καθάπερ ἐσθῆτα ῥυπῶσαν καὶ ἄτιμον τοὺς ἐκείνην ἐκ τῆς κακίας περιθεμένους· πάλιν γάρ φησιν· Τότε οὐ μὴ αἰσχυνθῶ ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου. ὁρᾷς ὡς ἐν τῷ πληρώματι τῶν ἐντολῶν τίθεται τὸ πνεῦμα

6 Matth. 5, 8   7 Matth. 5, 48   10 Col. 1, 28-29   15 Ps. 118, 80   19 Ps. 118, 6

MSZA 1 οὖν: δὲ exc v   τέλειον τοῦ om exc v   2 verba παντὸς μολυσμοῦ—3 ὑψηλοτέραν ποιήσαντα om exc v   3 καὶ om MA   καὶ καθαρὰν αὐτὴν προσαγαγεῖν exc v (καὶ om v) προσάγει A   4 ποθοῦσαν—5 ἄφραστον φῶς om exc v   5 γὰρ ante τοιούτους add M exc v   καὶ ante ὁ om exc v   7 verba καὶ ἐν ἄλλοις—15 τὸ πνεῦμα διδάσκει om exc v pro quibus haec substituit: ὁρᾷς τὸ βραβεῖον τῆς καθαρότητος; τί κρεῖττον τοῦ ἰδεῖν τὸν θεόν, καθὼς ἡμῖν ἐγχωρεῖ; διὸ καὶ ὁ Δαβὶδ αἰτεῖ τοῦτο λέγων exc v   8 καὶ post ὡς add M   11 καὶ ante κοπιῶ om M   14-15 παραδιδόντος M (om τοῦ) corr M²   15 γενέσθω exc v, om φησίν   16 ἐν om v   17 ἀποθέσθαι exc v   18 καθάπερ: κελεύει ταύτην ὡς exc v   verba καὶ ἄτιμον—19 περιθεμένους om exc v   19 γάρ: δὲ exc v   21 ἐν γὰρ τ. πλ. exc v, om ὁρᾷς ὡς   τίθεται τὸ πνεῦμα cf. 15

τὴν παρρησίαν· καὶ πάλιν Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με· ἀλλαχοῦ δὲ ἐρωτᾷ· Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου; εἶτα ἀποκρίνεται· Ἀθῶος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ. τὸν διὰ πάντων καθαρὸν τοῦτον ἐπὶ τὸ τοῦ θεοῦ ὄρος ἀνάγει, ὃς μήτε ἐννοίᾳ μήτε γνώσει μήτε ταῖς πράξεσιν εἰς τέλος κατεμίανε τὴν ψυχὴν ἐμμείνας τοῖς κακοῖς, καὶ ὅστις δι' ἔργων τε καὶ <νοημάτων> ἀγαθῶν τὸ ἡγεμονικὸν ὑποδεξάμενος πνεῦμα τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν διεφθαρμένην ὑπὸ κακίας πάλιν ἀνέκτισεν. ὁ δὲ ἅγιος ἀπόστολος περὶ παρθενίας λέγων τοῖς μετ' αὐτῆς ζῆν ἡρημένοις ὑπογράφει τὸν βίον ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν τοιοῦτον· Ἡ παρθένος, φησί, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι, ψυχῇ τε καὶ σαρκὶ λέγων καθαρεύειν· καὶ φεύγειν πᾶσαν ἁμαρτίαν ὡς πορρωτάτω κελεύει, τήν τε ἐμφανῆ καὶ ὅση λαθραία, τουτέστι <παντελῶς ἀπέχεσθαι ἁμαρτημάτων τῶν τε> πρακτικῶν καὶ τῶν λογισμῷ τελουμένων· σκοπὸς γὰρ τῇ τὴν παρθενίαν τιμώσῃ ψυχῇ θεῷ πλησιάσαι καὶ γενέσθαι νύμφην Χριστοῦ.

1 Ps. 50, 12 2 Ps. 50, 14 3 Ps. 23, 3 5 Ps. 23, 4 13 I. Cor. 7, 34

MSZA 1 παρρησίαν Mac Z² exc v: παρουσίαν libri 2 verba καὶ πνεῦμα—ἐγκάτοις μου om exc v μου: μοι A 5 τὸν διὰ πάντων—20 νύμφην Χριστοῦ om exc v 6 ὃς: ὡς M ὃς sscr M² 7 ἀγνοίᾳ corr M² 8 ἐμμείνας εἰς τέλος τοῖς κακοῖς coll M² 8-9 τε καὶ om SZ exp M² 9 νοημάτων vel tale aliquid excidit, supplevi 10 καρδίαν: κακίαν SZ ut vid καρδίαν in ras Z² 12 μετ' αὐτῆς SZM²: μετ' αὐτὴν MA εἰρημένοις A 15 καὶ ante φεύγειν om SZ 18 πρακτικῶν καὶ τῶν λογισμῶν τελουμένων MA Mac ut vid sed τελ . . ουμένων A τὴν διὰ τῶν πράξεων καὶ τῶν λογισμῶν τελειουμένην SZ ex coniectura (fons communis codicum A et S τελειουμένων habebat, ut vid) τουτέστιν ἔργῳ τελουμένην καὶ λόγῳ καὶ λογισμοῖς ἔνδον συνισταμένην M² marg: λογισμῷ correxi et lacunam explevi exempli gratia. ad ipsam distinctionem cf. p. 50, 11 et 15 κοπὸς A 19 τὴν om SA

Δεῖ οὖν τὸν ἐπιθυμοῦντα οἰκειωθῆναί τινι τὸν ἐκείνου τρόπον τῇ μιμήσει λαβεῖν ᾧ οἰκειοῦται· οὐκοῦν ἀνάγκη καὶ τὴν Χριστοῦ ποθοῦσαν γενέσθαι νύμφην τῷ τοῦ Χριστοῦ ὁμοιωθῆναι κάλλει δι' ἀρετῆς κατὰ δύναμιν· οὐ γάρ ἔστι συναφθῆναί ποτε φωτὶ μὴ πρὸς ἐκεῖνο λάμψαντα τὸ φῶς· καὶ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου λέγοντος ἤκουσα· Πᾶς γάρ φησιν ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἁγνίζει ἑαυτὸν καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός ἐστιν· καὶ ὁ ἀπόστολος δὲ Παῦλος Μιμηταί μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ· δεῖ γὰρ τὴν μέλλουσαν ἀνίπτασθαι πρὸς τὸ θεῖον ψυχὴν καὶ κολλᾶσθαι Χριστῷ πᾶσαν ἐξελαύνειν ἁμαρτίαν ἀφ' ἑαυτῆς, ὅση τε φανερῶς ταῖς πράξεσιν ἀποτελεῖται, κλοπὴν λέγω καὶ ἁρπαγὴν καὶ μοιχείαν καὶ πλεονεξίαν καὶ πορνείαν καὶ γλώσσης νόσον καὶ πᾶν ὅσον ἐμφανὲς ἁμαρτημάτων γένος, καὶ ὅση λάθρα ταῖς ψυχαῖς ἐγκαθημένη καὶ τοὺς ἔξω λανθάνουσα διεσθίει τὸν ἄνθρωπον πικρῶς τοῖς κακίστοις ὀδοῦσιν· αὕτη δέ ἐστι φθόνος ἀπιστία κακοήθεια δόλος, ὄρεξις ὧν μὴ δεῖ, μῖσος ἀλαζονεία κενοδοξία καὶ πᾶν τὸ ὕπουλον τῆς κακίας σμῆνος, ὅπερ ἐξ ἴσου τῷ φανερῷ γένει τῶν ἁμαρτημάτων ἡ γραφὴ μισεῖ καὶ βδελύττεται, συγγενῆ τε ὄντα ἀλλήλοις καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς φυόμενα κακίας. τίνος δὲ ἐσκόρπισεν ὀστᾶ ὁ κύριος; οὐ τῶν ἀνθρωπαρέ-

6-7 I. Joh. 3, 3   8-9 I. Cor. 11, 1

MSZA 2 τῇ μιμήσει—οἰκειοῦται: μιμεῖσθαι exc v 3 ψυχὴν post νύμφην add exc v 4 δι' ἀρετῆς SZA: τῆς M exp M² τὸ ante κατὰ add exc v 5 λάμψαντα MA: βλέψαντα SZ ex coniectura ut vid τὸ SZM² om MA 6 verba τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου λέγοντος ἤκουσα ante πᾶς γάρ φησιν transposui: post 7 ἐλπίδα ταύτην collocant libri 9 γὰρ om exc v 10 ἀνήπτασθαι A ἀνίστασθαι SZ 11 ὅση τε—12 ἀποτελεῖται om exc v 14-15 verba καὶ ὅση λάθρα—17 ὀδοῦσιν om exc v qui substituit καὶ ὅσον λαθραῖον 15 ὅσα A 16 διεσθίῃ A πικρῶ A 17 αὕτη δέ ἐστι: τοῦτο ἐστι exc v 18 verba ὄρεξις—κενοδοξία om exc v ονμηδείς A (sic) καὶ πᾶν τὸ: καὶ ὅσον ἄλλο exc v (ἄλλο om v) 20 βδελύσσεται exc v (hic et 51,1) 20-21 verba συγγενῆ τε ὄντα—21 κακίας om exc v 22 δὲ om exc v, δι ex δὲ corr M² marg

σκων; τίνα βδελύττεται ὁ κύριος ὥσπερ τὸν ἐναγῆ καὶ μιαιφόνον; οὐ τὸν ὕπουλον ἄνδρα καὶ δόλιον; Ἄνδρα γὰρ αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται κύριος. οὐ φανερῶς ὁ Δαβὶδ τοῖς λαλοῦσιν εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καταρᾶται βοῶν πρὸς τὸν θεὸν Δὸς αὐτοῖς κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν; καὶ Ἐν καρδίᾳ, φησίν, ἀνομίας ἐργάζεσθε ἐν τῇ γῇ. τὴν ἐν τῷ κρυπτῷ κίνησιν τῆς ἁμαρτίας ἔργον ἐκάλεσεν ὁ θεός· διὰ τοῦτο παραγγέλλει μήτε τὰς παρὰ ἀνθρώπων εὐφημίας διώκειν μήτε τὰς παρ᾽ αὐτῶν ἀτιμίας αἰσχύνεσθαι. τοὺς γὰρ ἐπιδεικτικῶς ἐλεοῦντας τὸν πένητα καὶ τὴν μετάδοσιν ἐπὶ γῆς θριαμβεύοντας ἀποστερεῖ τῶν ἐν οὐρανοῖς μισθῶν ἡ γραφή· εἰ γὰρ ζητεῖς ἀνθρώποις ἀρέσαι καὶ διὰ τοῦτο δίδως, ἵνα ἐπαινεθῇς, πεπλήρωταί σου ὁ μισθὸς τῆς εὐποιίας τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνοις, δι᾽ οὓς τὸν ἔλεον ἐπεδείκνυσο. μὴ οὖν ζήτει μισθὸν ἐν οὐρανοῖς, κάτω τὰ ἔργα ἀποθέμενος, μηδὲ παρὰ θεοῦ προσδόκα τιμήν, παρὰ γὰρ τῶν ἀνθρώπων ταύτην ἀπείληφας. ποθεῖς ἀθάνατον δόξαν; τῷ δυναμένῳ παρασχεῖν ἣν ποθεῖς δεῖξον ἐν τῷ κρυπτῷ τὸν βίον. δέδοικας αἰσχύνην αἰώνιον; φοβοῦ τὸν ἀνακαλύπτοντα ταύτην ἐν τῇ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ. πῶς οὖν λέγει ὁ κύριος Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν καὶ δοξάσωσι

2 Ps. 5, 7   4-5 cf. Ps. 27, 3   6 Ps. 27, 4 Ps. 57, 3
22 Matth. 5, 16

MSZA 1 δὲ post τίνα add A   ὁ om exc   ὡς exc v   5 βοῶν—8 ὁ θεός om exc v   6 κε̄ ante κατὰ add Z, in marg add M^2 8 καὶ post τοῦτο add exc v   9 παραγγελλόμεθα exc v   11 verba ἐλεοῦντας—12 θριαμβεύοντας om exc v sed οἷαν δή τινὰ ἀρετὴν ποιοῦντας add exc v (δή om v)   11 verba καὶ τὴν—12 θριαμβεύοντας om A   12 τῆς ante γῆς add SZ   13 verba εἰ γὰρ ζητεῖς—21 κρίσεως ἡμέρα om exc v pro quibus substituit ὡς ἐνταῦθα τὸν τῶν ἀνθρώπων ἀπολαμβάνοντας ἔπαινον. ἀλλά φασι καὶ exc v   16 οὐρανοῖς M: ἀνθρώποις SZA   κάτω: κατὰ Z   17 ἀποτιθέμενος SZM^2 18 γὰρ M, om cett   ἀπείληφας MA: ἀπειληφώς SZ de coniectura, propter γὰρ omissum   22 οὖν om exc v

τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς; ὅτι κελεύει τὸν ἑπόμενον ταῖς ἐντολαῖς τοῦ θεοῦ πᾶν ὅπερ ἂν ποιῇ πρὸς ἐκεῖνον βλέποντα ποιεῖν καὶ τούτῳ μόνον ἀρέσκειν, μηδεμίαν παρὰ τῶν ἀνθρώπων δόξαν θηρώμενον· ἀλλὰ φεύγειν μὲν τοὺς παρὰ τούτων ἐπαίνους καὶ τὴν ἐπίδειξιν, διὰ δὲ τοῦ βίου καὶ τῶν ἔργων γνωρίζεσθαι πᾶσιν, ὅπως θεαταὶ τούτων γενόμενοι, οὐκ εἶπε „θαυμάσωσι τὸν ἐπιδεικνύμενον", ἀλλὰ „δοξάσωσι τὸν πάτερα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς." ἐκεῖ γὰρ κελεύει πᾶσαν ἀναφέρεσθαι δόξαν καὶ πρὸς τὸ ἐκείνου θέλημα πᾶσαν ἀπαρτίζεσθαι πρᾶξιν, παρ' ᾧ καὶ ὁ μισθὸς ἀπόκειται τῶν τῆς ἀρετῆς ἔργων. σὲ δὲ κελεύει φεύγειν καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν ἀπὸ τῶν γλωσσῶν καὶ τῆς γῆς εὐφημίαν· ὁ δὲ ταύτην ζητῶν καὶ πρὸς ταύτην ἕλκων τὸν βίον οὐ τῆς αἰωνίου δόξης ἀποστερεῖται μόνον, ἀλλ' ἤδη προσδοκάτω καὶ τιμωρίαν· Οὐαὶ γάρ, φησίν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. φεῦγε οὖν πᾶσαν ἀνθρωπίνην τιμήν, ἧς τὸ πέρας αἰσχύνη καὶ ἀτιμία αἰώνιος, καὶ ὀρέγου τῶν ἄνω ἐπαίνων, τὸ τοῦ Δαβὶδ λέγων· Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου· καὶ Ἐν τῷ κυρίῳ ἐπαινεθήσεται ἡ ψυχή μου· ὁ δὲ μακάριος ἀπόστολος οὐδὲ τὸν ἐσθίοντα κελεύει ῥαθύμως μετέχειν τῆς προκειμένης τροφῆς, ἀλλ' ἀποδιδόναι πρότερον τὴν δόξαν τῷ δεδωκότι τὰς τοῦ ζῆν ἀφορμάς· οὕτω μέχρι παντὸς παρεγγυᾶται τὰς μὲν παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἀτιμάζειν δόξας, τὴν δὲ παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ ζητεῖν. ὁ γὰρ οὕτως ἔχων πιστὸς ὀνομάζεται παρὰ τοῦ κυρίου· τὸν δὲ τῆς ἐνταῦθα τιμῆς ἐφιέμενον

6 cf. ad 51, 22   15 Luc. 6, 26   19 Ps. 21, 26   Ps. 33, 3   20 sq. I. Cor. 10, 31

MSZA 1 post οὐρανοῖς add λέγομεν οὖν σοι exc v (σοι om exc)   post κελεύει add ὁ λόγος exc v   3 μόνῳ exc v   6 πᾶς exc v   7 θαυμάσει MA (ortum ex -ητε?   8 δοξάσητε MA   10 πρᾶξιν ἀπ. πᾶσαν exc v   11 ᾧ: ὃ A   ὁ om v   12 σὲ δὲ κελεύει—18 ἀτιμία αἰώνιος καὶ om exc v   13 ταύτην SZM²: ταύτης MA   16 ὑμῖν post φησιν add M   19 σοὶ v   20 verba ὁ δὲ μακάριος—26 παρὰ τοῦ κυρίου om exc v   24 τῶν om M   26 δὲ om exc v

τοῖς ἀπίστοις ἐγκαταλέγει· Πῶς γὰρ δύνασθε, φησίν, ὑμεῖς πιστεύειν δόξαν παρ' ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ οὐ ζητεῖτε; τὸ δὲ μῖσος ὁποῖόν ἐστιν, ἄκουσον τοῦ Ἰώαννου λέγοντος· Ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀνθρωποκτόνος ἐστί, καὶ οἴδατε ὅτι πᾶς ἀνθρωποκτόνος οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον. ἐκβάλλει τῆς ζωῆς τὸν μισοῦντα τὸν ἀδελφὸν ὥσπερ τὸν ἀνδροφόνον, μᾶλλον δὲ ἄντικρυς φόνον ὀνομάζει τὸ μῖσος· ὁ γὰρ τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην ἀνελὼν καὶ διαφθείρας καὶ ἀντὶ φίλου πολέμιος γεγονὼς εἰκότως ἂν †τις συναριθμοῖτο, τὴν ἐκείνων πρὸς τοὺς ἐπιβουλευομένους ἔχθραν κεκρυμμένην τῷ πλησίον φυλάσσων· ὡς δὲ οὐδεμία διαφορὰ τῶν ἔνδον κεκρυμμένων κακῶν πρὸς τὰ ἐμφανῆ καὶ ὁρώμενα, σαφῶς διὰ τούτων δηλοῖ ὁ ἀπόστολος συνάγων αὐτὰ καὶ ὁμοτίμως ἀπαριθμούμενος· Καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν, φησί, τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ πορνείᾳ πονηρίᾳ πλεονεξίᾳ κακίᾳ· μεστοὺς φθόνου φόνου ἔριδος δόλου κακοηθείας· ψιθυριστὰς καταλάλους θεοστυγεῖς ὑβριστὰς ὑπερηφάνους ἀλαζόνας ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀσυνέτους ἀσυνθέτους ἀστόργους ἀσπόνδους ἀνελεήμονας, οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου

1 Joh. 5, 44   4 I. Joh. 3, 15   15 Rom. I, 28-32

MSZA 1 post ἐγκαταλέγει add ὁ κύριος exc v   2 ἀλλήλων: ἀνθρώπων exc v   3 τὴν om A   ζητοῦντες exc v M^2 marg   τὸ δὲ—4 ἐστιν: τῶν ἀφανῶν ἐστι καὶ τὸ μῖσος ἁμαρτημάτων exc v   καὶ ante ἄκουσον add exc v   4 Ἰωάννου: κυρίου exc v   6 ἐκβάλλει οὖν exc quippe sequentia omissurus   ἐκβάλλου οὖν v   8 verba μᾶλλον δὲ ἄντικρυς—12 φυλάσσων om exc v   10 τις M corruptum: om SZA, αὐτοῖς post συναριθμοῖτο add SZ ex coniectura   εἰκότως ἂν τοῖς ἀνθρωποκτόνοις συναριθμοῖτο M^2 marg fort recte   11-12 κεκρυμμένην om SZ   ὡς: ὅτι exc v   13 pro verbis καὶ ὁρώμενα σαφῶς—15 ἀπαριθμούμενος substituit ἄκουσον τοῦ ἀποστόλου exc v   14 post σαφῶς dist SZA, ante σαφῶς M recte   τοῦτο SZ   18 φθόνους, om φόνου A   23 πράττοντες exc v

εἰσίν, <οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσιν>.

Ὁρᾷς πῶς τὴν κακοήθειαν καὶ τὴν ὑπερηφανίαν καὶ τὸν δόλον καὶ τὰ λοιπὰ τῶν κρυπτῶν τῷ φόνῳ καὶ τῇ πλεονεξίᾳ καὶ τοῖς τοιούτοις πᾶσι συνέπλεξε; τί δὲ αὐτὸς ὁ κύριος βοᾷ λέγων· Τὸ ὑψηλὸν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις βδέλυγμα παρὰ τῷ θεῷ ἐστιν, καὶ Ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται· καὶ ἡ Σοφία φησὶν Ἀκάθαρτος παρὰ κυρίῳ πᾶς ὑψηλοκάρδιος· πολλὰ δὲ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις γραφαῖς εὕροι τις ἂν εἰς κατηγορίαν τῶν ταῖς ψυχαῖς ἐγκρυπτομένων παθῶν. οὕτω δέ ἐστι πονηρὰ ταῦτα καὶ δυσίατα καὶ τὴν ἰσχὺν ἐν τῷ βάθει τῆς ψυχῆς κεκτημένα, ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι διὰ μόνης τῆς ἀνθρωπίνης σπουδῆς καὶ ἀρετῆς ἐκτρῖψαι καὶ ἀνελεῖν, εἰ μή τις τὴν τοῦ πνεύματος δύναμιν σύμμαχον δι' εὐχῆς προσλαβὼν ἐπικρατήσειεν τῆς ἔνδον τυραννούσης κακίας, ὡς αὐτὸ διδάσκει τὸ πνεῦμα τῇ τοῦ Δαβὶδ φωνῇ χρώμενον· Ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου.

Δύο γὰρ ὄντων [ἀνθρώπων], ἐξ ὧν ὁ εἷς ἄνθρωπος ἥρμοσται, ψυχῆς τε καὶ σώματος, καὶ τοῦ μὲν ἔξωθεν

6 cf. Luc. 16, 15 7 Luc. 14, 11 8 Prov. 16, 5 17 Ps. 18, 13-14

MSZA 1 verba οὐ μόνον—2 πράσσουσιν ex Scriptura addidi: om libri exc v, sed propter homoeoteleuton in archetypo excid cf. Rom. 1, 32 (καὶ τὰ ἑξῆς add Mac) 3 ὅπως exc v 4 κρυπτὰ τῶν λοιπῶν M 5 συνέταξεν exc v verba τί δὲ αὐτὸς—11 παθῶν om exc v 9 κυρίῳ M: θεῷ SZA 12 ταῦτα πονηρὰ M ταῦτα om exc v verba καὶ τὴν ἰσχὺν—13 κεκτημένα om exc v quorum loco iterat subiectum τὰ ταῖς ψυχαῖς ἐγκεκρυμμένα κακά exc v 15 σύμμαχον om SZ verba δι' εὐχῆς—17 φωνῇ χρώμενον om exc v qui substituit haec: προσλάβῃ. διὸ καὶ ὁ Δαβίδ φησιν 20 post ὄντων add ἀ̅ν̅ω̅ν̅ (i.e. ἀνθρώπων) libri quod ut duplicatum ex ὄντων delevi (expunxit Z^2 recte) ἐξ ὧν SZ om MA exc v 21 ἐκ ante ψυχῆς add M^2, ante δύο exc v καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ ἔξωθεν ἐστιν· ἡ δὲ . . . μένει exc v

περιέχοντος, τῆς δὲ ἔνδον παρὰ τὸν βίον μενούσης, τῷ μὲν δεῖ καθάπερ ναῷ θεοῦ παραγρυπνεῖν, τηροῦντα μή τι τῶν φανερῶν ἁμαρτημάτων προσπεσὸν κατασείσῃ καὶ διαφθείρῃ· περὶ τούτου γὰρ ἀπειλεῖ καὶ ὁ ἀπόστολος λέγων· Ὁ φθείρων τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός· τὴν δὲ ἔνδον χρὴ διὰ πάσης φρουρεῖν φυλακῆς, μή τις λόχος κακίας ἐκ βάθους ποθὲν ἀνακύψας καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας λογισμὸν διαφθείρας δουλώσῃ τὴν ψυχήν, πληρώσας τῶν διελκόντων αὐτὴν λάθρα παθῶν.

Δεῖ οὖν φρουρεῖν ἀσφαλῶς ἐπιστρεφόμενον πυκνὰ πρὸς τὴν ψυχὴν ὥσπερ τὸν στρατηγὸν ἐπιβοῶντα καὶ ἐπικελευόμενον· ἄνθρωπε, Πάσῃ φυλακῇ τήρει τὴν σὴν καρδίαν· ἐκ γὰρ τούτων ἔξοδοι ζωῆς· ψυχῆς δὲ φρουρὰ λογισμὸς εὐσεβὴς φόβῳ θεοῦ καὶ χάριτι πνεύματος καὶ ἀρετῆς ἔργοις ὠχυρωμένος· ὁ γὰρ τούτοις τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καθοπλίσας ῥᾳδίως τρέπεται τοῦ τυράννου τὰς προσβολάς, δόλον λέγω καὶ ἐπιθυμίαν καὶ τῦφον ὀργήν τε καὶ φθόνον καὶ ὅσα πονηρὰ τῆς κακίας ἔνδον ἔστι κινήματα. χρὴ δὲ τὸν τῆς ἀρετῆς γεωργὸν ἁπλοῦν τινα εἶναι καὶ βέβαιον, μόνους εἰδότα γεωργεῖν τοὺς τῆς εὐσεβείας καρπούς, καὶ μήτε τὸν βίον ἐκτρέπειν ποτὲ πρὸς τὰς τῆς κακίας ὁδοὺς μήτε

5 cf. I. Cor. 3, 17 12 Prov. 4, 23

περιέπει καὶ ἐρᾷ τοῦ μεγίστου κτήματος· μόνον συντόνῳ καὶ ὀρθῇ συνειδήσει τοῦτο ποιείτω ἕκαστος, μηδαμοῦ κατὰ τὴν διάνοιαν ἑκουσίως περιπλανώμενος μηδὲ ὥσπερ ἀκούσιον ἀποδιδοὺς ὑπ' ἀνάγκης χρέος, ἀλλ' ἔρωτα καὶ πόθον ἀποπληρῶν τῆς ψυχῆς καὶ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς παραμονῆς καρποὺς πᾶσιν ἐπιδεικνύς· χρὴ δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς διδόναι τῷ τοιούτῳ καιρὸν καὶ συγχαίρειν τῇ παραμονῇ τῆς προσευχῆς, ὅπως καὶ αὐτοὶ μετάσχωσι τῶν ἀγαθῶν καρπῶν, ἅτε δὴ κοινωνοὶ τοῦ τοιούτου βίου τῷ συνήδεσθαι γεγονότες. δώσει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος τοῖς αἰτοῦσιν ὅπως εὔχεσθαι δεῖ κατὰ τὸ εἰρημένον· Ὁ διδοὺς εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ. δεῖ οὖν αἰτεῖν καὶ εἰδέναι τὸν τῇ εὐχῇ προσκαρτεροῦντα πράγματι τοσούτῳ μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ πάσης δυνάμεως ἐναθλεῖν τῷ ἀγῶνι. τὰ γὰρ μεγάλα ἆθλα μεγάλων δεῖται καὶ πόνων, ἐπειδὴ μάλιστα ἡ κακία τοῖς τοιούτοις ἐφεδρεύει, πανταχόθεν περιεργαζομένη καὶ περιτρέχουσα καὶ ζητοῦσα περιτρέψαι τὴν σπουδήν. ἐκεῖθεν ὕπνος καὶ βάρησις σώματος καὶ ψυχῆς μαλακία καὶ ἀκηδία καὶ ὀλιγωρία καὶ ἀνυπομονησία καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας <πάθη καὶ> ἐνεργήματα, δι' ὧν ἀπόλλυται ψυχὴ κατὰ μέρος ἁρπαζομένη καὶ αὐτομολοῦσα πρὸς τὸν ἐχθρὸν αὐτῆς.

11 I. Reg. 2, 8

MSZA Mac 1 ἐρᾷ τοῦ: ἐραστοῦ Mac 2 τοῦτο ποιείτω ἕκαστος exc v (-οίτω v): om libri Mac imperativus cum hic desideretur haec verba non ab exc addita videntur quamvis in libris integris desint 4 ὑπ' ἀνάγκης ἀκούσιον (ἑκούσιον exc) χρέος ἀποδιδοὺς exc v ἀποδ. ὑπανάγκης χρεος εο in ras corr M 5 verba καὶ τοὺς ἀγαθοὺς—9-10 συνήδεσθαι γεγονότες om exc v 9 τῷ: τοῦ MA τῶ M^2 10 γινόμενοι M^2 marg 14 πάσης om exc v verba τὰ γὰρ μεγάλα—15 πόνων om exc v 16 πανταχόθεν libri Mac: πάντοθεν exc v 16-17 περιεργαζομένη καὶ περιτρέχουσα καὶ om exc v 18 ὕπνος καὶ βάρησις M Mac: ὕπνοι καὶ βαρήσεις SZA om exc v qui praebet ἄνεσις ἐντεῦθεν ante μαλακία add exc v 19 καὶ ante ἀκηδία, ὀλιγωρία et ἀνυπομονησία om Mac καὶ ἀνυπομονησία om exc v 19-20 τῆς κακίας ἐνεργήματα om exc v πάθη καὶ ante ἐνεργήματα add Mac, om libri 20 δι' ἃ Mac

Χρὴ οὖν ἐφεστάναι τῇ ψυχῇ καθάπερ σοφὸν κυβερνήτην τὸν λογισμὸν μηδαμοῦ τὴν διάνοιαν ἐνδιδόντα πρὸς τὰς τοῦ πονηροῦ πνεύματος ταραχὰς μηδὲ τοῖς ἐκείνου κύμασι συμπεριφερόμενον, ἀλλ᾽ εὐθὺ βλέποντα πρὸς τὸν ἄνω λιμένα καὶ τὴν ψυχὴν ἀκέραιον ἀποδιδόντα τῷ πιστεύσαντι καὶ ἀπαιτοῦντι θεῷ. οὐ γὰρ τὸ πεσεῖν ἐπὶ γόνυ καὶ ἐν τῷ σχήματι τῶν δι᾽ εὐχὴν κειμένων ἐκτετάσθαι σπουδαῖον τῇ γραφῇ καὶ εὐάρεστον, τῆς διανοίας ἔξω τοῦ θεοῦ πλανωμένης, ἀλλὰ τὸ πᾶσαν ἐκβαλόντα τῶν λογισμῶν ῥᾳθυμίαν τε καὶ ἄδικον ἔννοιαν ὅλην μετὰ τοῦ σώματος ἀποδοῦναι τὴν ψυχὴν ταῖς εὐχαῖς.

Καὶ τοὺς προεστῶτας δὲ χρὴ συναντιλαμβάνειν τῷ τοιούτῳ καὶ διὰ πάσης σπουδῆς καὶ νουθεσίας τρέφειν τὴν περὶ τὸ προκείμενον τοῦ εὐχομένου ἐπιθυμίαν καὶ καθαίρειν ἀκριβῶς τὴν τούτου ψυχήν. τῶν γὰρ οὕτως εὐχομένων ὁ καρπὸς τῶν ἀρετῶν τοῖς συνοῦσιν ἐπιδεικνύμενος οὐ τῷ προκόψαντι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔτι νηπίοις καὶ δεομένοις διδασκαλίας χρήσιμος γίνεται, παρακαλῶν αὐτοὺς καὶ προτρέπων εἰς μίμησιν ὧν ὁρῶσι. καρπὸς δ᾽ εἰλικρινοῦς εὐχῆς ἁπλότης, ἀγάπη, ταπεινοφροσύνη, καρτερία, ἀκακία καὶ τὰ τοιαῦτα, ἃ πρὸ τῶν αἰωνίων καρπῶν παρὰ τὸν βίον ὁ τοῦ σπουδαίου περὶ τὴν εὐχὴν πόνος ἐνταῦθα βλαστάνει.

MSZA Mac 1 ἐφιστάναι A 2 verba μηδαμοῦ τὴν διάνοιαν—4 συμπεριφερόμενον om exc v 3 κύμασι SZA Mac: πνεύμασι M 4 ἀλλ᾽ εὐθὺ βλέποντα: παρασκευάζοντα εὐθυπλοεῖν exc v 5 ἀποδιδόντι M corr M² 6 καὶ ἀπαιτοῦντι om exc v verba οὐ γὰρ τὸ πεσεῖν—11 τὴν ψυχὴν ταῖς εὐχαῖς om exc v 6-7 ἐν τῷ om Mac fort recte τῶν . . . κειμένων MA Mac: τὸν . . . κείμενον SZ δι᾽ εὐχὴν SZA Mac: δι᾽ om M tria puncta super τῶν add M²; fuitne ἐν γῆι? ἐν εὐχαῖς M² 9 ἐκβαλόντα MSZ: τὸν πᾶσαν ἐκβάλλοντα A ἐκκαλοῦντα Mac 14 verba καὶ καθαίρειν—15 τούτου ψυχήν om exc v οὕτως libri Mac: ὄντως exc v 16 συνιοῦσιν exc v νοσοῦσιν Mac 17 μόνον libri Mac: μόνῳ exc v 18 verba παρακαλῶν αὐτοὺς καὶ om exc v 19 αὐτοὺς post προτρέπων add exc v καρποὶ Mac εἰλικρινοῦς M Mac: εἰλικρινὴς SZA (εἰλ-) 22 verba περὶ τὴν εὐχὴν πόνος om edd lacuna indi-

τούτοις εὐχὴ καλλωπίζεται τοῖς καρποῖς, ἀποροῦσα δὲ τούτων μάταιον ἔχει τὸν πόνον· καὶ οὐκ εὐχὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσα φιλοσοφίας ὁδὸς τοιαύτην μὲν ἔχουσα τὴν βλάστην δικαιοσύνης ὄντως ἐστὶν ὁδὸς καὶ πρὸς ὀρθὸν ἄγει τὸ τέλος, τούτων δὲ ἐστερημένη κενὸν ὄνομα καταλείπεται καὶ ταῖς μωραῖς ἐοικὸς παρθένοις αἷς παρὰ τὸν καιρὸν τῆς χρείας οὐ παρῆν ἐν τῷ νυμφῶνι τὸ ἔλαιον· οὐ γὰρ εἶχον ἐν ταῖς ψυχαῖς τὸ φῶς, τὸν τῆς ἀρετῆς καρπόν, οὐδὲ τὸν τοῦ πνεύματος ἐν τῇ διανοίᾳ λύχνον· ὅθεν καὶ μωρὰς εἰκότως ὠνόμασεν ἡ γραφή, σβεσθείσης αὐτῶν τῆς ἀρετῆς πρὶν ἐλθεῖν τὸν νυμφίον, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ἄνω νυμφῶνος τὰς ἀθλίας ἀπέκλεισεν· οὐ γὰρ ἐλογίσατο αὐταῖς τὴν σπουδὴν τῆς παρθενίας τῷ μὴ παρεῖναι τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν, καὶ πάνυ δικαίως. τί γὰρ ὄφελος ἀμπέλου πεπονημένης καρπῶν μὴ παρόντων, ὧν ἕνεκεν ὑπέμεινε τὸν πόνον ὁ γεωργός; τί δὲ κέρδος νηστείας καὶ προσευχῆς καὶ ἀγρυπνίας, εἰρήνης ἀπούσης καὶ χαρᾶς καὶ ἀγάπης καὶ τῶν λοιπῶν τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος καρ-

6 cf. Matth. 25, 1

cata sed extant in libris integris et fuisse in exc testatur cod J in quo tamen haec verba obliterata sunt

MSZA Mac 1 εὐχὴ M Mac exc v: οὖν χρὴ SZA καλλωπίζεται M Mac: καλλωπίζεσθαι SZA 2 τὸν om exc v εὐχὴ ZM² Mac: ἔχει MSA αὐτὴ exc v 3 τὴν Mac: γῆν SZA om M 4 βλάστη SZA ex coniectura 4 ὄντως ἐστὶν Mac exc v: ἐστὶν ὄντως M ἐστὶν οὕτως A ὄντως om SZ καὶ ὡς ante ὁδὸς add et καὶ ante πρὸς om SZ ὄρθρον A 5 τὸ om Mac exc v ἐστερημένῳ Mac 6 verba καὶ ταῖς μωραῖς—14 καὶ πάνυ δικαίως om exc v 6 ἐοικὼς Mac, ἔοικε? 8 ἦν ante εἶχον add A sed exp (var lect) τὸν . . . καρπόν M (sed o in ras scripsit M¹) Mac: τῶν . . . καρπῶν SZA 10 αὐτὰς post μωρὰς add SZA, om M Mac αὐτῶ A 11 καὶ MA Mac: ὃς SZ ex coniectura ut videtur 11 ταύτας post τοῦτο add SZ 12 τὰς ἀθλίας om SZA 13 τῷ SA: τὸ M (τῶ corr M²) Z τοῦ Mac 14 γὰρ om exc v 16 ὑπομένει Mac ὧν ἕνεκα ὁ γεωργὸς τὸν πόνον ὑπέμεινε exc v δὲ libri, om Mac exc v 17 καὶ χαρᾶς om Mac

πῶν, οὓς ὁ ἅγιος ἀπαριθμεῖται ἀπόστολος; πάντα γὰρ ὑφίσταται πόνον τούτων ἕνεκεν ὁ τῆς ἄνω χαρᾶς ἐραστής, δι' ὧν ἐφέλκεται τὸ πνεῦμα, καὶ τῆς ἐκεῖθεν μεταλαμβάνων χάριτος καρποφορεῖ καὶ ἀπολαύει μετ' εὐφροσύνης τῆς γεωργίας, ἣν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἐπιμελείᾳ τῶν ἔργων ἡ τοῦ πνεύματος ἐγεώργησε χάρις.

Δεῖ οὖν τοὺς μὲν πόνους τῆς εὐχῆς καὶ νηστείας καὶ τῶν λοιπῶν ἔργων μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ ἀγάπης καὶ ἐλπίδος ὑφίστασθαι, τὰ δὲ ἄνθη τῶν πόνων καὶ τοὺς καρποὺς τοῦ πνεύματος εἶναι πιστεύειν ἐνεργείας. εἰ γὰρ ἑαυτῷ τις λογίζοιτο ταῦτα καὶ τὸ πᾶν ἀνατιθείη τοῖς πόνοις, ἀντὶ τῶν ἀκηράτων ἐκείνων καρπῶν ἀλαζονεία τῷ τοιούτῳ καὶ φρόνημα φύεται, ταῦτα δὲ τὰ πάθη καθάπερ τις σηπεδὼν ταῖς τῶν εὐκόλων ψυχαῖς ἐμφυόμενα διαφθείρει καὶ ἀπολλύει τοὺς πόνους.

Τί οὖν χρὴ ποιεῖν τὸν τῷ θεῷ καὶ τῇ ἐκείνου ζῶντα ἐλπίδι; τοὺς μὲν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας μεθ' ἡδονῆς ὑπομένειν, τὴν [δὲ] λύτρωσιν τῆς ψυχῆς ἐκ τῶν παθῶν καὶ τὴν πρὸς τὸ ἀκρότατον τῶν ἀρετῶν ἄνοδον, τῆς <δὲ> τελειότητος ἐπ' ἐκείνῳ παρίστασθαι τὴν ἐλπίδα καὶ τῇ παρ' ἐκείνου φιλανθρωπίᾳ πιστεύειν· οὕτω γὰρ

MSZA Mac 1 verba οὓς ὁ ἅγιος—6 ἐγεώργησε χάρις om exc v 1 οὓς M Mac: οἷς SZA ἐπαριθμεῖται A 2 ἄνω om A χαρᾶς M: χάριτος SZA χώρας Mac 5 ἑαυτοῦ scripsi cum Mac: αὐτοῦ libri 7 τῆς νηστείας καὶ τῆς εὐχῆς exc v 10 τῇ ante τοῦ πνεύματος add exc v τῆς add Z² marg ἐνεργείᾳ exc v γὰρ libri Mac exc: δ' ἂν v 11 ἀναθείη Mac 12-13 ἀλαζονεία τῷ τοιούτῳ καὶ φρόνημα libri Mac (φρονήματι Mac): ἀλαζονείας τῷ τ. φρόνημα exc v 13 ταῦτα δὲ τὰ πάθη—16-17 ζῶντα ἐλπίδι om exc v 17 ante τοὺς μὲν add διὸ χρὴ exc v 18 δὲ om Mac quem secutus particulam hic delevi sed 19 ante τελειότητος de meo addidi ita ut verba τὴν λύτρωσιν . . . ἄνοδον appositio fiant, hi enim sunt οἱ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἀγῶνες 18 post τῶν παθῶν verba τῷ θεῷ ἀνατιθέναι add exc v 19 verba καὶ τὴν πρὸς τὸ ἀκρότατον—p. 85, 15 τά τε λοιπὰ πάντα om exc v καὶ πρὸς τὴν Mac (om τὸ) ἀρετῶν: ἀοράτων A 20 τῇ ἐλπίδι S 21 οὗτος A

παρασκευασάμενος καὶ ἀπολαύσας τῆς ᾧ πεπίστευκε χάριτος ἀπόνως τρέχει καταφρονῶν τῆς τοῦ ἐχθροῦ κακίας ἅτε δὴ ξένος ἐκείνου καὶ λελυτρωμένος τῶν παθῶν αὐτοῦ τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι· ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πονηρὰ πάθη διὰ τῆς τῶν καλῶν ῥᾳθυμίας τῇ ἑαυτῶν ἐπεισάγοντες φύσει καὶ διατρίβοντες ἐν αὐτοῖς μετὰ χαρᾶς ἐπιτελοῦσι ῥᾳδίως ὥσπερ τινὰ ἔμφυτον ἡδονὴν καὶ οἰκείαν καρπούμενοι πλεονεξίαν καὶ τὸν φθόνον καὶ τὴν πορνείαν καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς ἀντικειμένης κακίας, οὕτως οἱ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀληθείας ἐργάται διά τε τῆς πίστεως καὶ τῶν τῆς ἀρετῆς πόνων τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν αὐτῶν ἀγαθὰ παρὰ τῆς τοῦ πνεύματος δεχόμενοι χάριτος μεθ' ἡδονῆς ἀρρήτου καρποῦνται καὶ ἀπόνως ἐπιτελοῦσι τὴν ἄδολον καὶ ἄτρεπτον ἀγάπην, τὴν ἀκίνητον πίστιν, τὴν ἀμετάπτωτον εἰρήνην, τὴν ὄντως ἀγαθότητα τά τε λοιπὰ πάντα, δι' ὧν ἡ ψυχὴ κρείττων ἑαυτῆς γινομένη καὶ τῆς τοῦ ἐχθροῦ δυνατωτέρα κακίας οἰκητήριον καθαρὸν ἑαυτὴν παρέχει τῷ προσκυνητῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, παρ' οὗ τὴν ἀθάνατον τοῦ Χριστοῦ λαβοῦσα εἰρήνην συνάπτεται δι' αὐτῆς καὶ προσκολλᾶται τῷ κυρίῳ. λαβοῦσα δὲ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν καὶ κολληθεῖσα τῷ κυρίῳ καὶ εἰς ἓν πνεῦμα μετ' αὐτοῦ γενομένη οὐ μόνον τὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἔργα ῥᾳδίως ἐπιτελεῖ μηδὲν ἀγωνιζομένη πρὸς τὸν ἐχθρὸν τῷ κρείττων τῆς ἐκείνου τυγχάνειν ἐπιβουλῆς, ἀλλὰ τὸ πάντων μεῖζον, τὰ τοῦ

MSZA Mac 1 παρασκευασμένος Mac A (ά sscr) τῆς: τις A ᾧ MA: ὃ Mac ὧν SZ ex coniectura ut solent 3 ἐκεῖνος Mac αὐτοῦ om Mac 5 ἐπεισάγονται Mac 8 πλεονεξίαν τε καὶ SZ πονηρίαν Mac 9 καὶ post οὕτως add Mac 10 τῆς ante πίστεως add SZA Mac, om M 12 δεχόμενοι om Mac 14 ἀμετάπτωτον SZA Mac: ἀμετάθετον M 15 δι' ὧν libri Mac: ὡς ἂν οὕτω exc qui praecedentia verba omisit ἡ om Mac ἡ ψυχὴ post ἑαυτῆς coll exc v 16 γινομένη SZA Mac: γενομένη M exc v δυνατωτάτη v 17 καθαρὸν libri Mac: ἀγαθὸν exc v παρέξει exc v 20 verba λαβοῦσα δὲ τὴν—p. 87, 9 ἁμαρτάνειν γενέσθαι om exc v 21 κυρίῳ: θεῷ Mac 23 τῶ M²SZ: τὸ MA τοῦ Mac κρείττων SZ Mac: κρεῖττον MA

σωτῆρος εἰς ἑαυτὴν ἀναδέχεται πάθη καὶ ἐντρυφᾷ τούτοις πλέον ἢ οἱ ἐρασταὶ τοῦ βίου τούτου ταῖς παρὰ τῶν ἀνθρώπων τιμαῖς καὶ δόξαις καὶ δυναστείαις. Χριστιανῷ γὰρ διὰ πολιτείας ἀγαθῆς καὶ τῆς τοῦ πνεύματος δωρεᾶς εἰς τὸ τῆς νοητῆς ἡλικίας μέτρον τῆς δεδομένης αὐτῷ χάριτος προελθόντι δόξα καὶ τρυφὴ καὶ πάσης ἡδονῆς κρείττων ἀπόλαυσις τὸ μισεῖσθαι διὰ Χριστόν, τὸ ἐλαύνεσθαι, τὸ πᾶσαν ὕβριν καὶ αἰσχύνην ὑπὲρ τῆς εἰς θεὸν πίστεως ὑπομένειν· τῆς γὰρ ἐλπίδος ὅλης οὔσης τῷ τοιούτῳ πρὸς τῇ ἀναστάσει καὶ τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς ὕβρις πᾶσα καὶ μάστιγες καὶ διωγμοὶ καὶ τὰ λοιπὰ πάθη μέχρι τοῦ σταυροῦ <πάντα> τρυφὴ καὶ ἀνάπαυσις καὶ τῶν οὐρανίων ἐνέχυρα θησαυρῶν· Μακάριοι γὰρ ἐστέ, φησίν, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ· χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ ὁ ἀπόστολος· Οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν ταῖς θλίψεσι· καὶ ἀλλαχοῦ· Ἥδιστα οὖν καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ· διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν φυλακαῖς· ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι· καὶ πάλιν· Ὡς θεοῦ διάκονοι ἐν ὑπομονῇ πολλῇ· αὕτη γὰρ ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος ὅλην κατασχοῦσα τὴν ψυχὴν καὶ πληρώσασα τὸ οἰκητήριον εὐφροσύνης τε καὶ δυνάμεως γλυκέα ποιεῖ τῇ ψυχῇ τὰ τοῦ κυρίου παθή-

13 Matth. 5, 11-12 cf. Luc. 6, 22-23 17 Rom. 5, 3
18 II. Cor. 12, 9-10 22 II. Cor. 6,4

MSZA Mac 1 αὐτὴν SZ 3 χριστιανῶν Mac 5 αὐτῆς Mac 6 προελθόντων Mac προσελθόντι SZA κρείττων ex Mac correxi: κρεῖττον libri 12 πάντα ex Mac restitui: om libri 13 ὀνειδίσωσιν M sed ν finale eras καὶ μισήσωσι πάντες ἄνθρωποι marg M^2 15 πονηρὸν om SZ 16 τοῖς M Mac, om SZA 17 καυχώμενοι SZA Mac: καυχώμεθα M 18 μᾶλλον ante καυχήσομαι add M, om SZA Mac 19 μου om Mac 23 ἁγίου om Mac 24 τῆς ante εὐφροσύνης add Mac 25 γλυκεῖα A Mac

ματα τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι τῆς παρούσης ὀδύνης ἀφαιροῦσα τὴν αἴσθησιν.

Ὡς οὖν οὕτως ἐφ' ὑψηλὴν δύναμιν καὶ δόξαν μέλλοντες ἀνιέναι τῇ συνεργίᾳ τοῦ πνεύματος οὕτω πολιτεύεσθε πάντα πόνον καὶ ἀγῶνα μετὰ χαρᾶς ὑφιστάμενοι πρὸς τὸ ἄξιοι φανῆναι τῆς ἐν ὑμῖν ἐπιδημίας τοῦ πνεύματος καὶ τῆς μετὰ τοῦ Χριστοῦ κληρονομίας, μηδαμοῦ χαυνούμενοι μηδὲ ἐκλυόμενοι ὑπὸ ῥᾳθυμίας πρὸς τὸ μήτε αὐτοὶ πεσεῖν μήτε τοῖς ἄλλοις αἴτιοι τοῦ ἁμαρτάνειν γενέσθαι· εἰ δέ τινες μήπω τὸν τῆς ἄκρας εὐχῆς ἔχοντες τόνον μηδὲ τὴν ὀφειλομένην τῷ πράγματι σπουδήν τε καὶ δύναμιν ἀπολιμπάνονται ταύτης τῆς ἀρετῆς, ἐν τοῖς ἄλλοις πληρούτωσαν τὴν ὑπακοὴν κατὰ δύναμιν, διακονοῦντες προθύμως, ἐργαζόμενοι σπουδαίως, θεραπεύοντες μεθ' ἡδονῆς, μὴ ἐπὶ μισθῷ τιμῆς μηδὲ τῆς ἀνθρωπίνης δόξης ἕνεκα μηδὲ ἐνδιδόντες ὑπὸ μαλακίας ἢ ῥᾳθυμίας τοῖς πόνοις μηδὲ ὡς ἀλλοτρίοις σώμασι καὶ ψυχαῖς ὑπηρετούμενοι, ἀλλ' ὡς Χριστοῦ δούλοις, ὡς ἡμετέροις σπλάγχνοις, ἵνα καθαρὸν ὑμῶν τὸ ἔργον καὶ ἄδολον ἀποφανθῇ τῷ κυρίῳ. προφασιζέσθω δὲ μηδεὶς πρὸς καλῶν ἔργων σπουδὴν ὡς ἀδύνατος ἐπιτελεῖν τὰ σῴζοντα τὴν ψυχήν· οὐδὲν γὰρ ὁ θεὸς ἀδύνατον ἐπιτάττει τοῖς δούλοις ἀλλ' οὕτως ἐκκεχυμένην καὶ πλουσίαν

MSZA Mac 3 ἂν post ὡς add M, om SZA Mac οὕτως ἐφ' ὑψηλὴν M (οὕτω post ὑψ. coll M² marg) οὗτος ἐφ' ὑψηλὴν A ἐφ' οὕτως ἐφ' ὑψηλὴν Mac οὕτως om SZ de coniectura, fort recte cf. 4 οὕτω ad quod facile poterat scriba aberrare 4 πολιτεύεσθαι A Mac 7 verba μηδαμοῦ χαυνούμενοι—8 ὑπὸ ῥᾳθυμίας om M, habent SZA Mac 9 ἁμαρτάνειν e Mac correxi, quod rectum esse articulus τοῦ ostendit: ἁμαρτήματος libri γενέσθαι e Mac restitui (cf. 8 πεσεῖν): γίνεσθαι M γένησθε A γενήσεσθαι prava coniectura SZ 10 ἔχοντες τόνον Mac: τόνον ἔχοντες libri numero pessumdato 11 ἀπολιμπάνοντες A 15 τιμῆς libri Mac: τινι exc v verba μηδὲ ἐνδιδόντες—16 τοῖς πόνοις om exc v 18 ἵνα om v ἡμῶν exc v 18-19 τὸ ἔργον post ἄδολον coll exc v 20 verba ὡς ἀδύνατος—21 τὴν ψυχήν om exc v qui pro 20 πρὸς praebet ἀδυναμίαν εἰς τὴν τῶν 21 ἐπιτάττοι A 22 τοῖς δούλοις om exc v αὐτοῦ post δούλοις add M² ἀλλ' οὕτως—p. 88, 4 τοῦ δύνασθαι om exc v ἐγκεχυμένην A

πρὸς ἅπαντας ἔδειξε τὴν <ἀγάπην καὶ> ἀγαθότητα τῆς θεότητος τῆς ἑαυτοῦ, ὡς ἑκάστῳ κατὰ τὸ θέλημα παρασχεῖν τὸ πράττειν τι δύνασθαι ἀγαθὸν καὶ μηδένα τῶν σπουδὴν ἐχόντων σωθῆναι διαμαρτεῖν τοῦ δύνασθαι· Ὃς ἄν, φησί, ποτίσῃ ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

Τί τῆς ἐντολῆς ταύτης δυνατώτερον; ψυχρῷ ποτηρίῳ μισθὸς ἐπουράνιος ἕπεται. καί μοι σκόπει τῆς φιλανθρωπίας τὸ ἄμετρον· Ἐφ' ὅσον ἑνὶ τούτων ἐποιήσατέ φησιν, ἐμοὶ ἐποιήσατε. τὸ μὲν ἐπίταγμα μικρόν, τὸ δὲ τῆς ὑπακοῆς κέρδος πολὺ καὶ παρὰ θεῷ πλουσίως ἀνταποδιδόμενον· ὥστε οὐδὲν ὑπὲρ δύναμιν ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ κἂν μικρὸν κἂν μέγα ποιῇς, ἕπεταί σοι κατὰ τὴν προαίρεσιν ὁ μισθός. ἐὰν μὲν γὰρ εἰς ὄνομα καὶ φόβον θεοῦ, λαμπρὰ καὶ ἀναφαίρετος ἦλθεν ἡ δωρεά· ἐὰν δὲ εἰς ἐπίδειξιν <καὶ δόξαν ἀνθρώπων>, ἄκουσον ὀμνύντος αὐτοῦ τοῦ κυρίου· Ἀμὴν

5 Matth. 10, 42 cf. Marc. 9, 41 10 Matth. 25, 40
17 Matth. 6, 2 cf. Matth. 6, 5 et 6, 16

MSZA Mac 1 ἅπαν Z ἀγάπην καὶ ex Mac addidi, om libri 2 τῆς ἑαυτοῦ om Mac αὐτοῦ (om τῆς) SZA ἑκάστῳ SZ Mac: ἕκαστα MA 3 τὸ ex Mac restitui: τῷ libri τι M Mac: τὸ SZA 4 ἀγαθὸν post τοῦ δύνασθαι iterant ex 3 MA, om SZ Mac ποιῆσαι τὸ ἀγαθόν M² marg de coniectura corruptionem augens 5 ὃς: ὡς Mac γὰρ post ὃς add SZ ἄν: ἐὰν v ποτήριον ποτίσῃ SZ ras post ψυχροῦ M ψυχροῦν A μόνον MA Mac: μόνου SZ om exc v 6 ἀπολέσει Mac 8 δυνατώτερον (-ότερον A) libri Mac: εὐχερέστερον exc v ψυχρῷ ποτηρίῳ ex Mac restitui: ψυχροῦ ποτηρίου libri, om exc v qui scribit καὶ ὁ μισθὸς τοῦ εὐχεροῦς ἔργου ἐπουράνιος 9 οὐράνιος SZ verba καί μοι σκόπει—10 ἄμετρον om exc v qui substituit καὶ πάλιν ἄμετρον ex Mac correxi: μέτρον libri 10 ὅσον om exc v φησιν M: post τούτων coll Mac post alt ἐποιήσατε coll SZA, om exc v τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων marg add M² 12 verba καὶ παρὰ θεῷ—ἀνταποδιδόμενον om exc v ἀντιδιδόμενον SZA 14 ποιεῖς Mac τὴν SZA Mac, om M 16-17 καὶ δόξαν ἀνθρώπων ex Mac restitui: om libri exc v

λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. ἵνα οὖν μὴ τοῦτο πάθωμεν, παραγγέλλει τοῖς μαθηταῖς καὶ δι' ἐκείνων ἡμῖν· Βλέπετε μὴ ποιήσητε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν ἢ τὴν εὐχὴν ἢ τὴν νηστείαν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὕτως ἀποστρέφεσθαι κελεύει καὶ φεύγειν <τοὺς θνητοὺς τούτους> καὶ παρὰ θνητῶν ἐπαίνους καὶ τὴν μαραινομένην καὶ φεύγουσαν ἡμᾶς δόξαν, ζητεῖν δὲ μόνην ἐκείνην, ἧς οὐδὲ κάλλος ἔστιν εἰπεῖν οὐδὲ πέρας εὑρεῖν· δι' ἧς καὶ αὐτοὶ δυνησόμεθα δοξάζειν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα νῦν τε καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

3 cf. Matth. 6, 1 sq.

(M)SZA Mac 1 οὖν S Mac: om MAZ δὲ exc v καὶ ante ἵνα add M^2 τις post μή add et πάθοι scr exc v (πάθη v) 2 ὑμῖν A post δι' ἐκεί- desinit M (deest fol post 271v) 3 ποιῆτε Mac 6 verba ab οὕτως ἀποστρέφεσθαι usque ad finem om exc v qui haec praebet: αὐτῷ ἡ (ἡ om v) δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν 6-7 verba τοὺς θνητοὺς τούτους ex Mac restitui: τοὺς τοιούτους SZA καὶ post τοιούτους om SZ 8 μόνον Mac 9 οὐδὲ pr: οὐδὲν A ἣν Mac 10 δοξάζειν—11 ἀεὶ καὶ libri (sed cf. ad 6): om Mac qui habet haec: τυχεῖν τῶν ἀρρήτων μυστηρίων ἐκείνων ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν ᾧ ἡ δόξα 11 ἀεὶ καὶ om SZ

DE PROFESSIONE CHRISTIANA

EDIDIT

WERNERUS JAEGER

PRAEFATIO

Memoria libri qui inscribitur Περὶ τοῦ τί τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα (vel ἐπάγγελμα; de variis tituli formis cf. app. crit. ad loc.) sive De professione Christiana omnis in duodequadraginta codicibus manu scriptis posita est, qui etiam nunc extant. e quorum numero unus vel duo in paranda editione prima, quae anno 1615 Parisiis apud Morellum prodiit, adhibiti sunt, unde fluxit textus vulgatus, qui in Mignei Patrologiae graecae vol. xlvi p. 237-250 legitur. ceteri codices omnes usque ad hoc tempus in bibliothecis Europae vel orientis intacti latent, et recensio vere philologica huius libelli nunquam extitit, sed nunc primum temptabitur. ex tanta librorum multitudine plerosque ab initio usque ad finem collatos habeo. in reliquos tam accurate inquisivi ut ad quod quisque memoriae genus pertineat quantumque valeat pro certo iudicari possit. iam de recensendi munere atque praesidiis rationem reddere in animo est, ut quos et qua de causa ex his selegerim et quomodo in apparatu critico huius editionis usus sim, ipse lector perspicere possit.

Priusquam autem ad singulos ramos memoriae percensendos accingar, hoc tantum breviter praemonere volo. textus vulgati, qui in editionibus impressis extat, ea est condicio, ut totus ex ea librorum manu scriptorum classe provenerit, quam ego littera b insignivi. sed quamquam hoc memoriae genus non omnino contemnendum esse mox docebo, tamen sine auxilio alterius classis (a) multis locis verba corrupta auctoris emendare iam non possumus. neque editor primus paucos quos sequitur codices consilio et ratione selegit, sed casu in eos incidit, cum ceteros

nondum cognitos haberet. huius igitur editionis id est consilium, ut scriptam libelli praeclari memoriam a paucissimis illis libris, quibus editio Parisina et Mignei Patrologia nitebantur, usque ad antiquissimos testes persequamur et diversos huius traditionis rivulos indagemus, ita ut quae ratio inter eos intercedat, cognoscere possimus; deinde quantum quisque auctoritatis habeat, via ac ratione diiudicemus.

I. DE CLASSE a

I. DE FAMILIA A ET S

Cum omnes libros manu scriptos, quos nacti sumus, ad eundem archetypum redire veri simillimum sit, tamen in diversas eunt partes quarum una est classis a, quae in duas familias divisa est. item classis b in duas familias scinditur.

Prima familia classis a continetur codicibus A et S eorumque asseclis de quibus infra dicam. codices A et S a proprio quodam fonte repetendos esse magno numero errorum, quos inter se communes habent, satis multis tamen bonis lectionibus eorum cognoscitur, quas vel soli vel una cum secunda eiusdem classis familia praebent. haec familia, quae ad textum codicum A et S prope accedit, duobus maxime continetur codicibus, E et Q, qui saepius cum A et S contra libros classis b conspirant. de omnibus his libris ita agam, ut primum de libris primariis uniuscuiusque familiae dicam, deinde de libris inferioris notae, qui ad eandem familiam pertinent, pauca addam.

De codicibus A et S brevis esse possum, cum de iis iam in praefatione antecedentis libelli Περὶ τοῦ
A κατὰ θεὸν σκοποῦ dictum sit. agmen ducit codex Marcianus Venetus graecus 68 (A) membranaceus in folio minore XII saeculo ut videtur scriptus. is solus saepissime lectionem 'archetypi' huius familiae servavit,

cuius rei exempla dedi loco citato (cf. supra p. 9-10), neque est cur diutius in hac re commoremur. scatet itacismis aliisque erroribus qui ad orthographiam pertinent. apparet id esse signum aetatis remotae, cum plerumque nono saeculo scribae vel diorthotae hoc vitiorum genus plane expulerint et textus graecos ad normam artis grammaticae antiquae redegerint. quibus vitiis apparatum criticum implere nolui velut λιχνίαν pro λιχνείαν, ὀρχιστικῶς pro ὀρχηστικῶς, περιθῆναι pro περιθεῖναι, συνέργειαν pro συνεργίαν, προσωπίον pro προσωπεῖον, ὑψιλῶ pro ὑψηλῶ, σοφροσύνη pro σωφροσύνη, τοῦτον pro τούτων, ἀκύλην pro ἀγκύλην, πιθίκω pro πιθήκω alia id genus. neque id in hoc libro tantum feci, sed ubique eandem regulam secutus sum. neque enim hoc criticae quam vocant editionis proprium esse puto, ut editor critico iudicio in exscribendis codicum nugis abstineat, praesertim cum talia saepe nos impediant, quominus ex apparatu, quae ratio inter singulas memoriae propagines intercedat, uno obtutu ut oportebat cognoscamus. at si quando hae minutiae ad librorum cognationem indagandam aliquid commodi afferunt, malo in praefatione hoc exponere quam apparatum eis farcire.

S Alter dux est eiusdem gregis codex Vaticanus graecus 1907, id quod in hoc libello clarius etiam quam in antecedente tractatu apparet. nam ibi S saepius a lectione codicis A secedit ita ut A inter S et libros classis b, quae ibi solis codicibus W et M repraesentatur, medium locum obtinere videatur. sed ut in eo libro recensendo ostendi, re vera codices A et S ad eundem archetypum redeunt, id quod in hoc libello luce clarius cerni potest. nam ubi S a lectione codicis A differt, saepe textum vel ipse vel eius auctor coniectura temptavit. nec mirum est hoc fieri imprimis eis locis qui in 'archetypo' corrupti erant. nolo iterare quae in praefatione libri Περὶ τοῦ κατὰ θεὸν σκοποῦ

de hac re scripsi, ubi exempla satis multa collegi. unum tamen exemplum ex hoc ipso libello sumptum hic afferre liceat, quo haec ratio codicum A et S illustretur. 135, 17 A et S omiserunt verba a συμφυῶς ἐχομένας usque ad 18 ὀνόματι, cum 'archetypus' eorum propter homoeoteleuton a primo συμφυῶς ad alterum aberravisset. iam communis eorum fons hunc errorem in fonte suo invenisse et facili sed futili medela temptasse videtur, cum 135, 18 οὕτως post ἔχει adderet, ut plenam sententiam faceret. itaque οὕτως iam in A et S legimus sed S insuper de suo καὶ κατὰ τὰ λοιπά correxit; A servavit, quae in communi eorum fonte legebat.

Poteram plura, sed malo angustam codicum A et S cognationem paucis exemplis illustrare. qui 129, 3 ἀθρόως contra omnes ceteros libros omittunt, 129, 15 τῶν ante λόγων addunt. 130, 7 τοιοῦτο καὶ διχόθεν praebent pro διχόθεν γὰρ (omisso γὰρ), falso. 130, 12 soli recte κἂν ἀεὶ scribunt pro κἂν εἰ (pars librorum εἰ omisit, de coniectura ut videtur). 131, 11 τὸ post διήγημα om AS. 132, 9 προκεχηνόσι (-χονόσι pessumdat S) falso pro προσκεχηνόσι habent. 132, 16 ἐκλαθόμενος pro ἐκλαθόμενον AS falso. 133, 9 τὸ ante φιλήδονον add AS. 135, 10 θεωρεῖται ἐκείνην transponunt AS. 136, 1 μεταμορφούμενον A μεμορφούμενον S facili errore pro μεμορφωμένον. 136, 8 ὑπέρογκον καὶ om AS. 137, 1 τὸ ὄνομα om AS. 138, 17 μιμεῖσθαι—20 ᾖ δυνατὸν om AS. 139, 16 πολλαχῇ post γραφῆς coll AS. 140, 9 post ὁρμῇ add δι' οὗ κατορθοῦσθαι πέφυκεν AS, ex 140, 6 errore repetitum. 141, 12 ἐν ᾗ τὸ: ἤτοι AS (ᾗ τὸ corrigendum est).

Ex his efficitur A et S ad unum eundemque fontem redire, quem A saepe fidelius quam S expressit, S suo Marte mutavit, ubicumque corruptelam deprehendisse sibi visus est. hoc ita esse facile suspicaremur, etiamsi probare non possemus; sed re vera sic evenisse ostendit

L codex Leidensis Gronov. 12 (XVI saeculi), de cuius indole iam in praefatione praecedentis libelli (p. 11) verba feci. et quod ibi demonstravi, hunc codicem quamvis recentem bonae frugis esse plenum, id libro De professione Christiana comprobatur. redit enim L ad communem 'archetypum' codicum A et S, quem antiquum codicem Arsenii fuisse anno 911 scriptum in praefatione libri De instituto Christiano p. 12 demonstravi. L tamen plerumque cum A facit, ubi A et S dissentiunt. p. 14 ostendi nonnullas discrepantias ab A, quas in S invenimus, tamquam varias lectiones in margine archetypi extitisse, quibus S usus est, cum A ipsum textum archetypi sequatur. talibus locis L cum A fere congruit, sed nonnumquam etiam variam lectionem servavit (cf. p. 15), ita ut A et S codicum lectiones simul praebeat. at coniecturas, quas S vel ipse vel eius fons intermedius ad archetypum emendandum temptavit, L non habet, sed archetypi verba, etiam corrupta, una cum A retinuit. sic 129, 3 ἀθρόως cum AS omittit; 130, 12 κἂν ἀεὶ cum AS scribit; 131, 11 τὸ post διήγημα cum AS omittit; 133, 9 τὸ ante φιλήδονον cum AS addit; 135, 17 verba συμφυῶς usque ad 18 ὀνόματι cum AS falso omisit, quia haec in communi archetypo non erant, et sic deinceps. sed ubi A et S inter se differunt, L fere cum A congruit: 97, 16 μελέται S cum ceteris, μελετὰν (sic) AL, quem in archetypo fuisse errorem iam patet. 97, 11 διαιρουμένην AL cum archetypo, συγκρινομένην S ex coniectura ut videtur. 129, 16 γυμνασίαν A et L falso, γυμνασίαι falso coniectura S. 130, 13 ταῖς ψυχαῖς de coniectura (cf. τοῖς σώμασι) S, τὰς ψυχὰς AL. 130, 16 προθεῖναι om AL θέσθαι S. 132, 6 ἐπιθρυπτομένω AL ἐπικρυπτομένω S (aut varia lectio archetypi aut coniectura). 132, 12 L ἐρρύθμως legit (= ἐνρύθμως), ubi εὐρύθμως AS et ceteri habent. et nescio an ἐρρύθμως varia lectio archetypi fuerit. 132, 12 pro συγκινουμένου, quod recte

ceteri habent, A συγκειμένου legit, S συγκειμένων in peius mutavit; L in archetypo συγκεινουμένου extitisse ostendit, quod A et S suo modo mutarunt. re vera igitur archetypus hoc loco non corruptus erat, sed verbum per itacismum scriptum exhibebat. similiter L ostendit 133, 4-5 verba τῆς φύσεως et τῇ πίστει, quae S omittit, in archetypo non defuisse. 133, 8 L cum A καινόδοξον servavit, quod in archetypo erat, S in κενόδοξον correxit. 136, 1 μεταμορφούμενον A et L servarunt, μεμορφούμενον S pessumdedit. sed cave credas L ex A derivatum esse, cum in A non desint corruptelae, quas L non habet. immo uterque archetypum familiae AS (i.e. codicem Arsenii antiquum) quam accuratissime reddidit; S eius verba saepe mutavit, sed raro correxit.

Z Ad eandem familiam codex Vaticanus graecus 1433 pertinet, de quo in praefatione libelli De instituto Christiano (p. 19) satis multa dixi. quem in apparatum non admisi, cum ex S descriptus esse videatur. totum contulit Paulus Troll amicus et huius laboris olim socius. ego satis habui hoc codice uti ad lectiones codicis S, qui saepe parum est legibilis, confirmandas.

Mon. 47 Hic etiam codicis Monacensis graeci 47 (XVI saeculi) mentionem me facere oportet, qui non ex S, sed ex A ad verbum descriptus est, ut in praefatione antecedentis libri (p. 18) demonstravi. quem Franciscus Egermann Austriacus, iam Monacensis, discipulus olim et nunc collega, meum in usum contulit. in apparatu critico non adhibui.

Huius igitur familiae stemma idem est quod p. 21 delineavi.

2. DE FAMILIA E ET Q

Ad eandem classem (a) trahenda est et altera librorum familia ex eadem stirpe oriunda, cuius antesignani sunt codices E et Q, quos tamen non nisi

speciminis instar in apparatum admisi, cum numerus librorum cum eis cognatorum multo maior sit. E et Q multis locis cum AS contra libros classis secundae (b) conspirant, sed aliis locis et ab AS et a classe b secedunt, ita ut eos diversam ab AS familiam classis a constituere appareat.

E Codex Vaticanus graecus 446 membranaceus (saeculi XII) olim fuit (f. 2) μονῆς τῶν κελιβάρων, quae est τῶν Κελληβάρων, monasterii in monte Latmo prope Miletum siti (cf. Codices Vaticani graeci, tom. II p. 195). in f. 1 legitur fuisse hunc papae Pauli II (1464-1471) codicem, Romae igitur fuit inde a saeculo XV. continet ff. 204r-212v libellum Ad Harmonium quem pro me contulerunt H. Brown et J. P. Cooke. praeter hunc E habet multos alios Nysseni libros. eadem fere Nysseni opuscula quamvis mutato ordine
Par. 503 continentur in codice Parisino gr. 503 chartaceo XIV saeculo scripto. in utroque codice praecedit libellum De professione Christiana liber Ad Simplicium de fide, sequitur sermo In natalem Domini. Parisinum ipse contuli. apparet hunc codicem in libris De perfectione et De professione Christiana vel ex Vaticano E descriptum esse vel ex codice ei simillimo. nam Par. in omnibus fere cum E consentit, etiam in eis lectionibus quas solus E praebet [1]. utrum hoc in Asia Minore, Vaticani codicis patria, an alibi factum sit, diiudicare non possumus, cum nesciamus quo tempore E ex monasterio Latmiaco in Italiam transvectus sit, ubi XV saeculo eum in bibliotheca Pauli II pont. m. invenimus.

Multi praeter hos codices ad familiam codicis E pertinent quos iam enumerari necesse est.

Λ Codex Musei Britannici Old Royal XVI.D.1 sae-

[1] In Vita Macrinae codex Par. Vaticano S propinquior est quam Vaticano E cf. praefationem ad Vit. Macr.

culo XII in membrana scriptus non longo temporis intervallo ab E remotus est, itaque una cum eo est tractandus. continet permulta Gregorii opera, in quibus est libellus Ad Harmonium de professione Christiana, quem legimus ff. 328v-331v. in f. 1 legitur haec nota: ἐκ τῶν Μητροφάνους ἱερομονάχου τοῦ Κριτοπούλου. de hoc viro docto graeco, qui dum Oxonii moratur in collegio dicto Balliol residebat expensis archiepiscopi Abbot (1617-1622), cf. Kemke, Patricius Junius (Dziatzko's Sammlung bibliothekswissenschaftl. Arbeiten XII, 1898, p. 126sq.). maxima pars operum, quae codice E continentur, inest in Λ, cuius tamen collector addidit nonnulla Gregorii opera maiora quae E non habet, velut libros In Ecclesiasten, In Cantica Canticorum, In Hexaemeron, Orationem catecheticam, De beatitudinibus et De oratione dominica. ΛE multis quidem locis cum reliquis libris classis a velut Bρ vel Qθ vel QθBρ vel cum AS congruunt (de Qθ et Bρ mox plura dicam), sed est ubi ΛE errores ab his libris omnibus alienos inter se communes habeant, velut 132, 17 verba καὶ τῶν κρότων om ΛE, 141, 17 πτωχείαν ΛE pro πτωχά vel πτωχία vel πτωχικά aliorum librorum, 142, 2 θεὸς ἀγαθὰ ΛE, ἀγαθὰ om ceteri. nec tamen mirum est, quod nonnunquam Λ non cum E facit, verum P aliosque libros alterius classis sequitur. medium enim quendam inter Gregorii codices locum obtinet sicut codex Atheniensis 2086, de quo mox dicendum erit. in apparatu critico lectiones codicis Λ referre supersedi, quia ea, quae in eo utilia sunt, iam satis per E et Q vel, ubi Λ ab hac familia dissentit, per alterius classis libros repraesentantur.

Q Codici Vat. gr. 446 (E) similis est codex qui iam multis locis propter incendii vestigia non facile legi potest, Taurinensis C.I.11, saeculo XIV scriptus chartaceus, quem siglo Q signavi. continet librum Ad Harmonium ff. 164v-166r. contulit phototypias

P. Alexander, multa ipse denuo examinavi. is multis locis cum AS et E contra MKNOP congruit, aliis autem cum E non solum a MKNOP (i.e. altera classe librorum), sed etiam ab AS (i.e. prima familia suae classis) discrepat, id quod EQ familiam sui iuris esse docet. fluxisse E et Q ex fonte ab exemplari codicum AS diverso his ostenditur exemplis: 129, 16 γυμνάσιον recte EQ fort. ex coniectura, γυμνασίαν AWKNO γυμνασίαι SP; 130, 7 τοιοῦτο καὶ διχόθεν (om γὰρ) AS διχόθεν γὰρ EQ cum ceteris libris; 130, 13 ἀεὶ AS εἰ WKNOP om EQ; 131, 4 ἐλέγχεσθαι μὴ ceteri: ἐλέγχεται γὰρ μὴ EQ, qui hic novam sententiam incipiunt et ante ἐλέγχεται graviter distinguunt; 132, 21 περιθρύπτοντα MKNOP: περιδρύφοντα EQ περιρίπτοντα A ἀπορρίπτοντα S (ex coniectura); 133, 11 προσθεῖσα A προθεῖσα S προτιθεῖσα EQ; 135, 17 verba a συμφυῶς usque ad 18 ὀνόματι om AS, habent EQ; 136, 8 ὑπέρογκον καὶ om AS, habent EQ; 137, 1 τὸ ὄνομα om AS, habent EQ etc.

Sed quamvis diversus fuerit codicum EQ fons ab exemplari, ex quo A et S descripti sunt, tamen apparet ex multis lectionibus, quas EQ cum AS contra ceteros libros communes habent, fontem librorum E et Q et fontem codicum A et S ab eodem genere ortos esse. quod his demonstratur locis: 129, 5 ποιῶ ASEQ ποιήσω ceteri; 129, 10 καὶ post ὥστε add ceteri, om ASEQ; 131, 7 πιστώσεται ASEQ πιστώσηται ceteri; 132, 3 τε post πρόσωπον add ASEQ om ceteri; 132, 17 ὀρχήσεως ASEQ ὀρχήστρας ceteri; 138, 15 τὴν ἀνθρωπίνην λέγω τῇ θεία ASEQ (λέγω post θεία coll Q): τῇ θεία post τῇ φύσει coll ceteri. neque tamen E semper cum Q congruit sed multas uterque lectiones habet ab altero diversas. quippe Q non ab ipso codicis E patre descendit, sed intercedente alio codice ad eundem fontem redit.

θ Ex Taurinensi Q descriptus et ob id ipsum in

apparatum criticum non admissus est codex Vindobonensis theol. gr. 105, quem θ appellare soleo. est autem chartaceus XVI saeculo in Italia exaratus. contulit H. Brown; ipse denuo comparavi. titulus libri in utroque codice idem est. θ nihil continet praeter Gregorii homilias De beatitudinibus et libros De perfecta Christiani forma et Ad Harmonium de professione Christiana, qui idem in Q inveniuntur, ultimi duo vel eodem ordine quo in θ. Vindobonensis omnes errores, quos in Q reperimus, cum eo communes habet, sed nonnullos de suo addidit. cum Q congruit non solum eis locis, ubi alii quoque libri cum iis consentiunt, sed etiam ubi Q et θ contra ceterorum consensum stant, velut 134, 2 χοροῦμεν habent pro χωροῦμεν, 134, 5 θείας pro ἁγίας, 135, 17 ἂν om Qθ, 135, 21 καὶ om Qθ, 135, 22 τῷ pro τὸ Qθ, 135, 22 ὀνόματι pro ὄνομά τις Qθ, 136, 2 καὶ post μὴ add Qθ, 137, 21 ἐμμορμένα (sic) Qθ, 138, 3 πατέρα pr: παρὰ Qθ, 138, 15 τὴν ἀνθρωπίνην τῇ θεία λέγω coll Qθ et alia.

Aug. 241 Praeter θ in apparatu neglexi etiam codicem Augustanum 241, cuius specimen adhibui phototypia expressum. contulit H. Brown, ipse denuo comparavi. codex chartaceus est saeculi XVI; continet librum Ad Harmonium de professione Christiana ff. 1-19; praeterea insunt liber De perfectione et Vita Moysis. constat mihi Augustanum sicut Matritensem 3179 et Parisinum 1011 ab Andrea Darmario scriptum esse. textus Augustani cum Qθ fere consentit eumque e libro quodam huius gregis descriptum esse in promptu est. manus altera saeculi XVI in margine et inter lineas varias lectiones adpinxit, quas "ex codice Aug." se hausisse is qui eas addidit in nota marginali f. 2 ipse profitetur. quis alter hic codex Augustanus fuerit, diu dubitavi, praesertim cum alius codex, qui hunc librum contineat, Augustae non extet. sed cum multi ex codicibus olim Augustanis postea Monacum trans-

lati sint, ubi bibliothecae publicae nunc pars sunt, inter libros mss. Monacenses fontem variarum lectionum codici Aug. 241 adscriptarum nos inventuros esse probabile est; et re vera notae marginales cum textu codicis antiquissimi Mon. 370 (saec. X), qui est noster O, plane congruunt, eum autem olim Augustanum fuisse pro certo scimus. quare iam suspicatus eram aliquem virum doctum saeculi XVI discrepantias codicis vetustissimi in margine recentioris libri notavisse. nuper hunc virum doctum Davidem Hoeschelium Augustanum fuisse repperi, cum eius editionem nostri libelli iam rarissimam mihi inspicere liceret, quae Lugduni Batavorum anno 1593 in lucem prodiit. de qua in fine praefationis plura dicturus sum (p. 125).

Matr. 3179 Augustano 241 simillimus est codex Matritensis 3179, nunc bibliothecae q.d. nationalis, olim bibliothecae Palatii 13, chartaceus saeculo XVI, ut supra dixi, manu Andreae Darmarii exaratus. continet libellum De professione Christiana ff. 164v-170v. tabulas phototypicas ipse contuli. codex tres Gregorii libros, quos Aug. 241 praebet, non solum eodem ordine collocat, sed textus eorum plerumque ut Augustanus cum Taur. Q et Vindob. θ congruit. inscriptio libelli in eo eadem est atque in Aug.: περὶ τοῦ τί τοῦ χριστιανισμοῦ (sic) ἐπάγγελμα, quam corruptam tituli formam nusquam inveni nisi in his duobus et in Par. 1011, de quo mox dicam; ad eundem igitur fontem Aug. et Matr., nisi alter ex altero pendet, redeunt. etiam falsam lectionem p. 134, 15 ὁ νόμος pro ὀνόμασι Matr. et Aug. contra ceterorum consensum exhibent. apparet igitur utrumque codicem ex eodem fonte, hoc est vel ex Q vel ex libro ei simillimo fluxisse.

Par. 1011 Idem valet de codice Parisino graeco 1011. chartaceus 288 foliorum est saeculo XVI ab eodem Darmario scriptus. continet eosdem tres libros, quos habet Augustanus, sed hoc ordine: Vita Moysis, De per-

fectione, De professione Christiana. liber De professione extat ff. 271-288. codicem ipse Parisiis examinavi, praeterea tabellis photographicis usus sum. rara tituli forma eadem est quae in Aug. et Matr., etiam textus idem est paucis lectionibus exceptis, quae Parisinum ab illis distinguunt. Par. cum ex eodem fonte detortus sit atque Aug. et Matr., ad rem criticam nullus eius est usus.

B(ρ) Et quoniam de Q eiusque apographo θ dictum est, iam tempus est duos libros percensere, qui proprium cum Qθ gregem efficiunt, cuius tamen diversa sunt species, B dico et ρ. nam cum neutrum eorum in apparatu commemoraverim, excepto uno vel altero loco, ubi praebent lectionem si non veram, at certe memoria dignam, rationem huius rei reddere me oportet. est autem B codex Oxoniensis Baroccianus gr. 27 chartaceus saeculi XIV, qui praeter alios Gregorii Nysseni libros ff. 204-210 libellum Ad Harmonium de professione Christiana continet. sequitur eum liber Ad Olympium de perfecta Christiani forma (f. 210sq.), quem tamen in titulo ad Caesarium quendam Gregorius scripsisse dicitur (cf. de causa huius confusionis praef. libri De perfecta Christiani forma p. 148). contulit H. Brown, iterum contulit J. P. Cooke, qui multa correxit. scatet codex omni genere errorum, cum admodum neglegenter scriptus sit. errores suos omnes cum alio codice paulo recentiore communes
ρ habet, Vindobonensi theol. gr. 216 chartaceo saeculo circiter XV-XVI scripto, quem siglo ρ indicare liceat. hunc contulit prima H. Brown, iterum contulit J. P. Cooke. B et ρ eandem exhibent tituli formam in libris De professione Christiana et De perfecta Christiani forma. hunc librum etiam ρ falso velut B (cf. supra) Caesario cuidam oblatum esse ait, non Olympio monacho. necnon propinquitatem duorum codicum comprobat, quod opera Gregorii, quae ρ continet, eodem

in eo ordine collocantur quo in B. sunt autem haec: 1) De beatitudinibus; 2) De oratione dominica; 3) De professione Christiana; 4) De perfecta Christiani forma; 5) Oratio catechetica magna. reliqua opera, quae in B occurrunt, ρ omisit.

Re vera ρ ex B descriptum esse communibus eorum vitiis et bonis lectionibus, quae eorum sunt propriae, demonstratur. 129, 10 μέτρα post γραμμάτων coll Bρ; 129,14 σημασίαν Bρ pro συνουσίαν; 129,16 ἀρετὴν : ἀφορὰ (sic) Bρ; 129, 16 μελέται om Bρ; 130, 7 διχόθεν om Bρ post quod spatium in utroque lacunam indicat; 130,16 ἐνθεῖναι (pro προθεῖναι) post γραμμάτων coll Bρ; 131,3 θελήσοιεν Bρ; 131, 11 τοῦ om Bρ, διηγήματι Bρ pro διήγημα τὸ; 132, 4 τε ante αὐτῷ add Bρ; 132,10 ὄντα τὸν πίθηκον om Bρ; 132, 11 προσφοραῖς καὶ ante περιστροφαῖς add Bρ, quod nescio an ex varia lectione in margine adscripta ortum sit; 132,19 ἐμπόδιον Bρ pro ἐμποδὼν; 133, 1 προσώπ B προσῶ$^{\pi'}$ ρ pro προσωπείου cett.; 133, 8 φιλοτίμιον Bρ; 133, 15 οὐκοῦν om Bρ; 133, 16 χριστιανοῦ Bρ pro χριστιανισμοῦ; 134, 6 φύσιν Bρ pro χρῆσιν; 135, 3 τῶν νοημάτων ante τῶν σημαινομένων add Bρ (ex var. lect. conflatione ortum?); 135, 12 γὰρ om Bρ; 135, 16 ὅταν Bρ pro ὁ τὴν; 136, 1 πίθηκϊ (sic) Bρ; 136, 4 εἶναι om Bρ; 136, 13 τοῦ ἀνοῦ πρώτη coll Bρ; 136, 16 ἐν οἷς et ὅτι om Bρ; 136, 16 φησι post ἐποίησεν Bρ et, ut alia omittam, 137, 9 κακίστης Bρ pro κακῆς; 137, 16 ὑπόδειγμα Bρ pro ὑποδείγματα; 138, 15 οὐ τῇ φύσει τὴν φύσιν τῇ ἀνθρωμίνῃ τῇ θεία (sic) Bρ; 138, 16 λόγῳ ante συγκρίνεσθαι add Bρ; 139, 9 ἔχει—13 δεξιά σου om Bρ; 140, 22 ἰωτικῆς Bρ; 141, 2 μεθέλκων καὶ ante μεθέρπων add Bρ (ex var. lect. conflatum); 144, 1 οὔτε οὖς ἤκουσεν om Bρ; 142, 3 ὦ τιμία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ Bρ (var. lect. conflatae?). nec mirum est, quod ρ properante stilo nonnullos errores commisit, qui in B non inveniuntur, sed horum exiguus est numerus. apparet B

et ρ non ex communi fonte ortos, sed ρ ex ipso B derivatum esse. quare abieci ρ, sed ne B quidem ullius est pretii, quapropter in apparatu critico non adhibui, ubi eius non mentionem feci nisi eis locis quibus B lectionem praebet ceteris plane ignotam, et si falsam, non tamen silentio, ut mihi videbatur, omnino praetereundam. his locis eum raro nominatim in mantissa critica citavi. maxima autem pars lectionum, quas in eo inveni, non digna est, quae in apparatu critico collocetur, cum utilissima quaeque cum codice Q (θ) communia habeat.

Vat. 444

Codex Vat. gr. 444 persimilis est codici B, sed tamen non ex eo derivatus est. chartaceus est saeculi XIV, qui librum De professione Christiana ff. 140v-145v continet. excipit eum liber De perfectione ff. 145v-161v aliaque Nysseni opera insunt, de quibus vide quae in praefatione libri De perfectione p. 147 disputavi, ubi codices Vaticanum 444 et Baroccianum 27 ex eodem fonte haustos esse demonstravi. hunc una cum B et ρ, de quibus modo dixi, ex apparatu critico removi.

De ratione Bρ et Qθ

Iam postquam demonstravi θ ex Q et ρ ex B descriptum esse, de ipsorum codd. Q et B ratione videamus oportet. apparet magno numero lectionum, quas B(ρ) et Q(θ) communes habent, hos codices ab eodem fonte repetendos esse. is codex varias lectiones in margine habebat, ut ex B perspicitur, qui nonnullas earum in textum suum recepit, sed proclivi errore cum lectione quam in ipso textu invenerat, conflavit (cf. excerpta paulo supra, p. 105). adiciam nunc exempla, quibus Q et B ex eodem archetypo fluxisse patebit. 129, 1 ἡμερησίοις pro ἡμερινοῖς QθBρ; 129, 12 ἀδολεσχεῖν δοκοίην QθBρ pro ἀδολεσχοίην; 129, 16 γυμνάσιον recte QθBρ pro γυμνασίαν vel γυμνασίαι ceterorum librorum; 129, 15 πάντοτε ἡμῖν τῶν πρὸς ἀλλήλους QθBρ; 130, 1 τι post ἀεί add QθBρ; 130, 8 alt ἂν om QθBρ; 131, 4 ἐλέγχεται et post ἐπωνυμίαν dist, γὰρ ante μὴ add Qθ

Bρ (cum ΛE); 131, 5 ἕν ante τι add QθBρ; 131, 7 πιστώσεται QθBρ (cum AS et ΛE), 9 εὕροιμεν QθBρ; 132, 12 κινουμένου QθBρ pro συγκινουμένου; 132, 17 ὀρχήσεως QθBρ (cum AS et ΛE); 132, 19 ἐγκρατεῖν pro συλλέγειν QθBρ (cum AS et ΛE); 132, 21 περιδρύφοντα falso QθBρ (cum ΛE), A et S suos habent errores; 133, 6 διαβόλου: βίου QθBρ (cum ΛE); 136, 14 τοῦ θεοῦ ὁμοιότητος: θεότητος QθBρ; 138,12 ἐρεῖ γὰρ ἄν τις (sic) ἐπίσης QθBρ; 138, 15 τὴν ἀνινην τῇ θεία λέγω Qθ τῇ ἀνινη τῇ θεῖα λέγω Bρ, aliter haec verba collocant ceteri; 138, 21 καθαρεύοντα QθBρ; 138, 25 θεοῦ om QθBρ; 139, 5 τὸ τοιοῦτο QθBρ pro τοῦτο; 104, 14 θησαυρίσητε QθBρ pro θησαυρίζετε.

His exemplis ostenditur Q(θ) et B(ρ) ex eodem fonte fluxisse. hic autem ipse cum ΛE communem fontem habuit. hoc eis locis supra allatis demonstratur, ubi Q(θ) et B(ρ) eandem lectionem quam ΛE praebent. iam vero communis ille fons librorum ΛE et QB ex altiore fonte fluxit, ex quo etiam A et S (i.e. libri primae huius generis familiae) orti sunt. hoc ex eis apparet locis, ubi ΛE et QB cum AS congruunt. ad hoc memoriae genus in apparatu critico repraesentandum elegi A et S pro prima familia et pro utraque specie secundae familiae E et Q, abiectis Λ et B. itaque saepe in apparatu invenies ASEQ contra alteram classem memoriae manu scriptae consentientes. iam temptatim id quod investigando libros manu scriptos huius stirpis invenisse mihi videor, stemmatis diagrammate monstrabo:



quo in stemmate ad sinistram manum inclusi, quae priore capitulo de familia A et S statui. ad dextram ea, quae hoc ipso capitulo de stirpe Q et E repperimus, delineata videbis.

II. DE CLASSE b

I. DE FAMILIA M ET ATH

M Venimus ad codices, qui ab altera classe memoriae (b) originem ducunt, sed et ipsi in duas divisi sunt familias. e quibus prima est ea, quam codex Ambrosianus Mediolanensis C 135 inf. saeculo XI exeunte scriptus in nostro apparatu critico repraesentat; numerus tamen librorum, qui cum eo cognati sunt, haud exiguus est, quibus omnibus longe praetuli Mediolanensem propter antiquitatem eius et auctoritatem. de hoc codice, quem M appellavi, in praefatione ad librum De instituto Christiano satis dictum est (cf. p. 21). M continet libellum De professione Christiana ff. 220r-225v (deest folium post 225). usus sum etiam in hoc libello recensendo eadem Ambrosiani collatione, quam in praefatione libri De instituto Christiano laudavi.

W Ut vero in illo opere, sic etiam in hoc De professione Christiana codici M simillimus est codex Vindobonensis theol. gr. 42 haud multo recentior (saeculo XII exaratus), qui continet libellum De professione Christiana ff. 183v-187r. hic codex nescio an in his libris ex M descriptus sit, nisi W ex eodem fonte quo M haustus est. sequitur illum tam prope, ut eis locis, ubi M deficit, W pro eo substituerim, ut lacunam explerem. hoc accidit initio et fine libelli, ubi folium integrum ab improba manu una cum ornamentis ex M excisum est. pro reliqua libri parte M adhibere satis habui. W tamen per totum librum contulit H. Brown, iterum contulit J. P. Cooke. ac ne hunc quidem

codicem abieci, priusquam omnes eius lectiones cum M diligenter comparassem.

Libros W et M in tractatu De instituto Christiano recensendo solos familiae AS oppositos (cf. supra p. 23) invenimus. at in libello De professione Christiana magna aliorum codicum caterva eos comitatur. ex his locum separatum obtinent KNOP et Vat. gr. 450, de quibus tamquam altera huius classis familia paulo infra videbimus. at propius ad WM accedunt libri Tφ atque tres codices recentiores, Vat. gr. 1729 dico, Parisin. gr. 1010 et Oxon. Barocc. 108. his omnibus
Ath. vetustior est codex Atheniensis (Bibl. Nat. 2086),
2086 pulchra manu magnis literis scriptus (saec. XI-XII), qui unde Athenas advectus et ubi ortus sit, nescio. sed cum tam propinquus sit codici M, qui ex Thessalia Mediolanum venit, et ipse in Graecia septentrionali scriptus esse videtur. tabulas lucis ope depictas, quas in usum meum fecit qui praeest bibliothecae Atheniensi publicae, ipse contuli. plurimis locis Ath consentit cum WM et KNOP, id est cum utraque familia classis b. 129, 5 ποιήσω pro ποιῶ, quae est alterius classis lectio, habent Ath WKNOP (in M initium deest); 129, 9 ἀναπληρῶσαι pro ἀποπληρῶσαι Ath E WKNOP (deest M); 129, 10 καὶ post ὥστε add Ath WKNOP (deest M); 129, 16 γυμνασίαν pro γυμνάσιον Ath WKNO (deest M); 131, 7 πιστώσηται pro πιστώσεται Ath WMKNOP; 132, 3 καὶ περιθεῖναι (om δὲ) Ath WMKNOP; 132, 3 τε om Ath WMKNOP; 132, 6 ἐπιθρυπτομένῳ pro ἐπικρυπτομένῳ Ath WMKNOP; 132, 12 συγκινουμένου recte pro συγκειμένου al. Ath WMKNOP; 132, 17 ὀρχήστρας pro ὀρχήσεως Ath WMKNOP; 132, 19 συλλέγειν pro ἐγκρατεῖν Ath WMKNOP; 132, 21 περιθρύπτοντα pro περιδρύφοντα vel περιρίπτοντα al. Ath WMKNOP; 133, 2 ἐξήρκεσεν pro ἐπήρκεσεν Ath WMKNOP.

Sed tamen Ath non ex uno codicum MKOP de-

scriptum esse, quamquam temporis ratione id fieri poterat, testes sunt loci nonnulli, quibus Ath dissentit a WMKNOP, nec solus Atheniensis, sed cum eo complures alii libri, id quod hos constituere ramum memoriae a WMKNOP diversum, sed ex eodem fonte derivatum probat. sunt autem hi maxime codices T, φ, Vat. gr. 1729 et Oxon. Baroccianus 108, ad quos describendos iam nos oportet accedere. et primum disserendum est de T et φ, qui plurimis locis cum Ath congruunt.

T Codex Laurentianus Mediceus gr. 86, 13 saeculo XIII in membrana scriptus nonnulla Gregorii opera una cum Basilii, Maximi Confessoris aliorumque libris servavit. exhibet librum De professione Christiana ff. 230v-235v. et in hoc quidem libello T omnino φ fere congruit cum codice recentiore Vaticano Urbinate gr. 14, quem litera φ signavi. est autem φ codex chartaceus saeculo XV scriptus, qui continet tractatum De professione Christiana ff. 107r-111v. titulus idem est qui in T: πρὸς Ἁρμόνιον περὶ τοῦ τί τὸ τῶν χριστιανῶν ὄνομα, nisi quod Ἁρμόνιον in φ in Ἀμμόνιον corruptum est, quod Vat. gr. 1729 et Oxon. Bar. 108 in peius auxerunt. magnus est numerus locorum quibus T et φ cum Ath et WM, et hi omnes cum KNOP consentiunt, sed est ubi Tφ cum Ath et WM contra KNOP stent. sunt igitur Tφ·Ath WM una familia classis b; at codices KNOP alteram eiusdem classis familiam constituunt. familia Tφ Ath WM et ipsa in duas partes subdividitur, Tφ Ath et WM. nam etiamsi Tφ Ath plerumque cum WM vel contra KNOP vel contra ceteros libros omnes consentiunt, aliis tamen locis Tφ Ath etiam a WM differunt et soli stant ab aliis omnibus remoti; velut 129, 2 τὸ om Ath Tφ; 130, 1 ἦσαν: οὖσαι Ath Tφ; 130, 4 νῦν: ἦν Ath Tφ; 130, 16 προσθεῖναι Ath Tφ; 130, 12 μέλος: τέλος Ath Tφ (sed μ sscr); 133, 9 τοιαῦτα ἄλλα Ath Tφ; 133, 14 τινος:

τι Ath Tφ; 133, 22 παρὰ: περὶ Ath Tφ; 134, 13 τῷ ... ὀνόματι: τὸ ... ὄνομα τί Ath Tφ, alia id genus. notandum est tamen talem codicum Ath Tφ a reliquis dissensum in falsis tantummodo evenire. accedunt loci, ubi Ath Tφ cum libris primae classis vel cunctis vel singulis contra alteram familiam suae classis congruunt, velut 130, 6 τῷ ante λόγῳ add Ath Tφ cum ASEQ recte; 130, 12 κἂν ἀεὶ Ath Tφ cum AS contra ceteros scribunt recte; 134, 11 ἀφράστου Ath Tφ cum Q exhibent, quod dubium est. itaque cum Ath Tφ nihil proprium praebeant quod verum sit, eos ex apparatu critico dimisi. ceterum T et φ ex Ath, qui eis antiquior est, derivari non possunt, nam quidam eorum errores in Ath non inveniuntur. φ et T, nisi φ ex T descriptus est, ex fonte communi fluxerunt, qui cum Ath cognatus, sed paulo ab eo diversus erat.

Post Tφ tres codices hoc loco nominandi sunt cum illis et inter se coniunctissimi, sed paulo recentioris aetatis (saec. XVI), Vaticanus graecus 1729, Oxoniensis Baroccianus 108 et Parisinus graecus 1010, in quo hunc librum sub nomine Gregorii Nazianzeni repperi, ff. 168v-175. hi tres codices librum nostrum sicut φ ad Ammonium scriptum esse affirmant: Ἁρμόνιον primum in Ἀμμόνιον (sic φ et Par), deinde in Ἀμμώνιον (Vat, Bar) corruptum est. Vaticanus librum f. 68r sq. continet. hic in omnibus rebus fere ab Ath Tφ stat. Baroccianus, qui libellum nostrum f. 162v sq. exhibet, et Parisinus ubique cum Vaticano faciunt ita ut appareat eos tres ex eodem codice descriptos esse. nec tamen fons eorum fuit T vel φ vel Ath, sed liber ab his paulo diversus, eorum tamen fonti persimilis. hoc eo maxime probatur, quod nonnullis locis Vat, Par et Bar a Tφ et Ath dissentiunt. at ex eodem eos quo T et φ fonte fluxisse eo demonstratur, quod una cum his verba ab 141, 4 ἢ εἴπερ τὰ ἐντὸς usque ad 141, 19 ταῦτα τοῖς προδεδωκόσιν ἀντιχαρίζεσθαι omi-

serunt. magnam igitur hanc lacunam habuit commune eorum omnium exemplar. T, Vat et Bar initio lacunae in margine habent signum C̄H, quod in communi fonte invenisse videntur. sed 132, 19 ubi Tφ cum ceteris libris classis b (= WMKNOP) συλλέγειν praebent pro ἐγκρατεῖν alterius classis, Vat, Par et Bar συνάγειν legunt ex coniectura, quod eorum fontem ab exemplari codicum Ath Tφ diversum fuisse ostendit. item 133, 14 Ath et φ τι pro τινος habent (τινα M), Vat et Bar non habent. 134, 1 πάντων Ath Tφ pro πάντως, Vat et Bar tamen recte πάντως legunt. nolo augere exemplorum numerum. utrumque et Vat et Bar cum Ath Tφ ex apparatu critico dimisi.

2. DE FAMILIA KNOP

Venio ad alteram classis b stirpem, hoc est illud genus memoriae, ex quo editiones impressae usque ad hunc diem libelli textum hauserunt. haec familia constat ex libris KNOP eorumque cognatis, qui cum WMAth Tφ, ut supra demonstravi, saepe consentiunt; M et KO, qui ad pristinam formam communis 'archetypi' utriusque familiae proxime accedunt, plurima Nysseni opuscula vel eodem ordine disponunt. multis tamen locis libri KNOP a WMAth Tφ ita dissentiunt, ut eos separatam familiam eiusdem classis librorum esse appareat. et cum in libello De instituto Christiano omnis huius classis (b) memoria a WM pendeat, KNOP autem eum libellum non contineant, facile videmus quanto firmiore fundamento in libro De professione Christiana recensendo nobis insistere liceat.

K Codex Venetus Marcianus gr. 67 membranaceus antiquior ille quidem est quam A (Marc. gr. 68, de quo cf. supra p. 94), cum saeculo XI scriptus sit, nec tamen aetate solum, sed etiam textus condicione ita ab illo diversus, ut duo codices Veneti dissensionem utriusque classis librorum bene illustrent.

K multos Gregorii libros continet eodemque fere ordine (quamvis paulo differente) atque frater eius Oxoniensis N, quocum maxime congruit, pauciora tamen servavit N. K librum De professione Christiana ff. 141r-145r praebet. usus sum collatione olim a viro docto mihi ignoto pro Wilamowitzio facta, quam inspectis novis phototypiis codicis in usum meum paratis optimam esse cognovi. codex tantum opera Gregorii continet. ex numeris, qui singulis operibus adscripti sunt, patet eum fuisse editionem a viro docto Byzantino factam. eius editionis indolem et naturam non solum ex K, sed etiam ex libro O et Parisinis 585 et 586 nobis perspicere licet, de quibus mox dicturus sum. hi omnes Gregorii opuscula eodem vel persimili ordine collocata servaverunt.

N Ex numero codicum KNOP simillimus est Veneto K codex N, Oxoniensis Cromwell 9, in membrana a Michaele quodam Manichaita saeculo XIII scriptus. quem, quamvis prope ad K accedat, tamen in adnotatione critica retinui, quo clarius ramus uterque familiae KNOP (KN et OP) ipso adspectu mantissae criticae illustraretur. apparet ex locis, quibus KN a ceteris libris huius familiae dissentiunt, sed inter se consentiunt, eos ex eodem fonte provenisse. velim conferas hos locos, quibus KN non solum a codicibus alterius familiae, sed etiam ab O et P dissentiunt, quibuscum una eademque familia coniuncti sunt. 130, 12 ἡμᾶς om KN; 131, 8 σκοπὸν: τρόπον KN; 131, 9 εὕρομεν sscr ω man alt K εὕρωμεν N; 139, 21 τῷ στήθει K^2 (ex τὸ στῆθος corr) N; 140, 1 ἑρπηδόνα: ἁρπεδόνα KN η ex ε corr K^2N^2; 140, 5 προαιρέσεως: αἱρέσεως KN; 140, 10 ἐνθυμήσεως pro ἐνθυμήσεων KN (cum M, contra OP); 140, 18 εἶναι post μηδεμίαν add KN (et M^2). quibus exemplis efficitur K et N angustiore inter se vinculo quam cum ceteris eiusdem familiae membris coniunctos esse. cave tamen credas N ex K descriptum

esse, quod vetant loci quibus N ab eo dissentit, quos ex apparatu critico facile est colligere. eadem est mutua utriusque codicis ratio in reliquis Gregorii libris, quos continent. quare editor Vitae S. Macrinae, cuius memoria abundat huius classis libris, codicem Oxoniensem solum in Vitae parte priore adhibuit, ubi K propter maiorem lacunam, in qua initium Vitae periit, non iam extat. tractatus De professione Christiana extat in N ff. 99-109. contulit H. Brown, collationem examinavit et correxit J. P. Cooke.

O Ab eodem codice deperdito, ex quo fons communis librorum K et N originem duxit, descendit codex antiquissimus, olim Augustanus, iam Monacensis graecus 370 saeculo X binis columnis scriptus, qui et ipse plurima Gregorii opera servavit. is iam ab Hoeschelio et Krabingero in editionibus separatis singulorum Nysseni operum adhibitus est. exhibet librum De professione Christiana ff. 225v-233v. contulit eum diligentissime Paulus Troll anno 1911, dum Monaci moratur, qui collationem suam olim mihi, ut ea uterer, tradidit. ipse nuper denuo contuli codicis imaginem lucis ope confectam. textus codicis O ad editionem Frontonis Ducaei a Migneo rursus impressam prope accedit. nonnullis locis a recentiore manu correctus est vel scholia in margine adiecta sunt, quod tamen in nostro libello vix factum est (uno loco manus recentior in margine ἀπαθοῦς pro ἀγαθοῦ, quod est in textu, adnotavit). insignis est O pulchritudine scripturae et prisca scribendi ratione velut καταρετήν, ἐξαυτῆς, οὐκέξω, καταμέρος, καταπρόσωπον, ἄλλότι, ἐνοῖς aliisque id genus. errores satis multos cum P vel cum KN et P contra classem primam (a) communes habet, ita ut OP propriam familiam alterius classis (b) constituere in propatulo sit. saepe fit ut O naturam et indolem communis illius originis integriorem servarit quam KN, sed est ubi difficile sit ad discernendum, utrum

K vel O commune eorum exemplar accuratius expresserit.

rdine um in et O

Idem de ordine valet, quo opera Gregorii in utroque codice se excipiunt. et quoniam ad hanc quaestionem pervenimus, volo quam brevissime id fieri potest de ea re disserere. nam angusta librorum K(N) et O(P) cognatio non solum e textu, quem praebent, sed etiam ex operum, quae continent, ordine et dispositione elucet. sed de P paulo postea dicendum est, cum is pristinum librorum ordinem delectu ex eis facto haud mediocriter immutaverit. etiam N quaedam mutavit, ut ex K eius fratre videmus. itaque hoc loco solum de pristino ordine operum, qualis in K et O servatur, paucis disputabo. hi duo libri magnum numerum opusculorum Gregorii Nysseni eodem ordine collocatum exhibent, ita tamen ut recentior eorum K ex O descriptus esse nequeat. quod apparet non solum ex condicione textus, quem K praebet, sed etiam ex aliis rebus: nam in fine operum Nysseni, quae cum O communia habet, i.e. post libros De beatitudinibus et De oratione dominica, K alia quaedam eiusdem auctoris opera addit, quae neque O neque codices recentiores eundem ordinem sequentes (Par. 585 et 586 et Matrit. 4864) hoc loco servarunt; praeterea in numerandis operibus K ab O uno numero differt. nam Vitam Gregorii Thaumaturgi, quam O post Expositionem in VI psalmum collocat, K post librum Ad Ablabium transposuit. quo factum est ut liber De professione Christiana in O λόγος $\overline{\varkappa\alpha}$ sit, in K autem λόγος $\overline{\varkappa\beta}$ audiat. uterque tamen codex ad eundem fontem redit, quem O accuratius quam K et in hac re et in numero operum, quae continet, expressit. itaque libri, qui in O finem faciunt, etiam in recentiore codice Par. gr. 585 eodem loco positi sunt, quamquam nescio an ex O ipso descriptus sit. (etiam codex Monac. gr. 107 eundem sequitur ordinem, quem O praebet,

sed is, ut infra ostendam, ex O descriptus est.) ipse quoque codex Ambrosianus C 135 inf. (M), quem supra alterius familiae classis b ducem esse demonstravi, eodem ordine quamvis mutato utitur, ita ut hunc ordinem ad communem fontem classis b redire appareat. etiam codex Par. gr. 586, qui Parisino 585 similis est, mutatis quibusdam rebus eum ordinem sequitur et ab eodem fonte derivandus est, ut infra ostendam. hic 'archetypus' non ita multo ante O scriptus est, qui saeculo X ortus esse videtur. archetypum igitur saeculo IX scriptum esse probabile est eumque recensionem operum Gregorii a viro docto Byzantino factam fuisse pro certo habeo. codex Monacensis 370 (O) huius διορθώσεως testis est integerrimus.

Mon. 107 Priusquam ad reliquos codices recentiores accedamus, qui ad eandem familiam pertinent et ex eodem fonte fluxerunt, breviter dicendum est de codice Monacensi gr. 107, quem codici O maxime propinquum esse vel primo obtutu videas. hic est codex chartaceus saeculo XVI exaratus, qui libellum Ad Harmonium ff. 169v-172v exhibet. contulit meum in usum Franciscus Egermann sicut alios quosdam libros Monacenses, quos omnes ipse inspexit. perpaucis locis hic codex a textu vulgato discrepat; quindecim fere locis ν paragogicum vel ς finale in οὕτως addit, quibus locis semper cum codice Monacensi O congruit. cum eo etiam reliquas quas habet varias lectiones communicat. uno loco 137, 18 ubi O unus μεμορφωμένος ex μεμορφούμενος (sic) ab alia manu correctum habet, Mon. 107 recte μεταμορφούμενος restituit, quae coniectura facilis erat. nonnullae eius discrepantiae a textu vulgato vel ex O vel ex alio libro familiae KNOP provenisse possunt, sed re vera eum ex O descriptum esse praeter orthographiae minutias, quas supra commemoravi, firmus operum Gregorii in eo ordo testatur. nam codex Mon. 107 post tria opuscula Hadriani cuiusdam mo-

nachi et Hieronymi, theologi graeci (ff. 1r-20v), quae initio addidit, longam operum Nysseni seriem praebet, quam cum delectu et ordine librorum in O servato congruere cognovi. huius collectionis finem faciunt iidem duo libri Gregorii Nysseni, qui in fine codicis O extant: libros De beatitudinibus dico et De oratione dominica. quibus adiecit scriba codicis Mon. 107 ff. 297-365 opera quaedam aliorum auctorum aliunde sumpta, quae olim ad praecedentem Gregorii operum delectum non pertinebant: commentarium in Jeremiam, quem Johanni Chrysostomo attribuit (f. 297 sq.), et expositionem in Cantica canticorum sub nomine Pselli (f. 341 sq.), necnon eiusdem aenigmata quaedam, quae iam huius appendicis finem faciunt (f. 365), quibus subtractis et initio codicis (ff. 1-20) remoto ecce relinquitur apographon codicis O plenum atque integrum, quod illo tempore ex eo descriptum est, cum hic codex antiquissimus in bibliotheca Augustae Vindelicorum servabatur. itaque Monacensem 107, cum eius ad artem criticam exercendam nullus sit usus, ex apparatu critico omnino dimisi. utilis tamen erit futuro editori Gregorii in eis operibus, quae in O iam mutila sunt, velut liber In Sanctum Stephanum protomartyrem. errat enim catalogus Hardtii, cum hunc in O inesse dicit, laudationis vero Basilii fratris omnino nullam mentionem facit. re vera codex Mon. O non plus unum folium libri In Sanctum Stephanum servavit, quem laudatio Basilii fratris integra sequitur.

Par. 585 Iam antea codicum recentiorum Parisini gr. 585 et 586 bibliothecae nationalis mentionem feci, quare nunc breviter de eis agendum est. uterque chartaceus est saeculo XVI scriptus et pars quidem codicis 585 a Zacharia quodam sacerdote nitide exarata est. ipse codicis imagines phototypicas contuli. ipsum codicem Parisiis examinavi. ornamenta more antiquioris aevi habet, quare eum ex exemplari vetusto descriptum

esse suspiceris. continet librum Ad Harmonium ff. 226-230. praecedit eum liber Ad Simplicium de fide, sequitur homilia In illud Tunc et ipse filius subicietur, qua in re Par similis est libris K et O, qui hos tres libellos eodem modo collocant. sed non solum hoc Par cum eis commune habet, immo totus librorum Gregorii ordo, quem exhibent, idem est. verum Par multo magis cum O quam cum K consentit; nam, ut ante diximus, K vitam Gregorii Thaumaturgi alio loco habet quam O, qui eam ante libros De beatitudinibus et De oratione dominica collocat, Par autem hoc cum O commune habet. in Par et in O finem faciunt totius collectionis operum Gregorii libri De beatitudinibus et De oratione dominica, K vero alia quaedam Nysseni scripta post haec addidit, ut supra ostendi. textus ipse Parisinum ad familiam KNOP pertinere confirmat et nonnullae eius lectiones in his omnibus vel compluribus eorum inveniuntur. sed aliae codicis O propriae sunt, ita ut Parisinum ex eo haustum esse conicias.

Par. 586 Cognatus est ei Parisinus 586, id quod et textu ipso et delectu Gregorii operum, quae continet, eorumque ordine ostenditur. examinavi eum Parisiis aestate a. 1950, sed etiam phototypiis usus sum. hic codex saeculi XVI properante calamo a viro docto scriptus est, qui bene cognoverat praeter textum sui exemplaris, quod ad familiam KNOP pertinet, aliam extare recensionem, quae eadem est atque nostra classis a. huius ille lectiones varias nescio unde petitas in margine adposito signo γρ per totum librum adnotavit. idem lineis angulari forma hic illic ductis textum in paragraphos divisit, ac si editionem paraturus fuerit. at certe editor primus postea nec paragraphis nec variis lectionibus huius codicis usus est, quamquam Parisiis degebat, et nescio an eum non norit. notae marginales fere cum textu codicis Marciani A

congruunt, sed dubium est ipsumne inspexerit scriba an varias lectiones ex vetustiore libro, qui talem eruditionem in margine exhibebat, exscripserit, id quod in codice Leidensi Gronov. 12 evenit (cf. huius praefationis p. 97). sed facile fieri poterat, ut homo graecus codicem in concilio Tridentino, quo codices multi Venetiis afferebantur, describere iuberetur, sicut in usum patrum Tridentinorum nonnullos codices Bavaricos et Hispanicos ex Venetis descriptos esse scimus (cf. supra p. 18 et praef. editionis meae librorum Contra Eunomium, vol. II, p. L).

Ordo operum Nysseni in Par. 586 idem est qui in Par. 585 et in K et O inde a secundo totius collectionis tractatu, qui est De Christi nativitate, usque ad finem, quem locum in Par. 586 sicut in O et Par. 585 liber De oratione dominica obtinet. sed Par. 586 initio nonnulla mutavit: omisit librum De divinitate Filii et Spiritus Sancti (= λόγος ᾱ) et praemisit testimonia Adversus Iudaeos et librum In Hexaëmeron, qui in reliquis desunt; sequitur oratio In illud Quatenus uni ex his fecistis et (interposito alio libro) oratio De mortuis, qui in fide obdormuerunt; qui duo in K, O, et Par. 585 post tractatum De Christi baptismate collocantur. liber interpositus est De infantibus morte praematura abreptis, qui in K, O, et Par. 585 multo infra sequitur ibique in Par. 586 mire iteratur. suspicor scribam et hunc librum et reliquos initio ab eo adiectos ex alio fonte sumpsisse, ex quo addidit etiam Dialogum de anima et resurrectione cum Macrina sorore. cetera omnia cum collectione operum Nysseni, quam ex K, O, et Par. 585 novimus, plane congruunt. utrumque Parisinum ex apparatu critico dimisi, cum nil novi afferant, quod non ex KNOP iam norimus. Par. 586 cum codice O Monacensi maxime cognatus et aut ex O aut ex libro ei persimili descriptus est. perpaucae sunt eius ab O discrepantiae, quae facile

scribae errores esse possunt, et mirum est, quod 137,20 verba θηρία γὰρ . . . ἐμμορφούμενα sicut O parentheseos signis includit, quod in aliis libris non repperi. 135,15 post ὑψηλῶν ὀνομάτων addit καὶ νοημάτων, quod in nullo alio codice legimus et in O quoque deest. sed frequens apud Gregorium est horum verborum copulatio et assiduus eius lector facile καὶ νοημάτων ex suo ingenio adicere poterat. 137, 18 unus ex omnibus codicibus μεμορφωμένος legit O, at Par cum ceteris recte μεταμορφούμενος praebet. sed μεμορφωμένος, quod iam in O legitur, ex μεμορφούμενος correctum est, quod quilibet in μεταμορφούμενος emendare poterat. atque id ipsum in apographo codicis O, Mon. 107, evenisse supra p. 116 ostendi.

Matr. 4864 Hic nominari debet etiam codex Matritensis chartaceus Bibl. nac. 4864 (olim Archivio historico nac. 163, 6), qui ab eadem familia ortus est. est chartaceus saeculi XVI, qui nescio an circa tempus concilii Tridentini pro episcopo quodam Hispano scriptus et ab eo domum reportatus sit. nam omnino eadem Gregorii opera continet, quae in antiquissimo codice Monacensi O extant, eodemque ordine collocata. liber Ad Harmonium (ff. 234v-239v) in margine λόγος $\overline{\kappa\alpha}$ numeratur sicut in O et Par. 585. Gregorii opuscula, quae K in fine addit eis quae in O et duobus Parisinis extant, Matritensis non habet. etiam in hac igitur re Monacensi est similior. textus libri De professione Christiana propinquior est codici O quam K, sed scriba admodum neglegenter rem egit et proprios addidit errores.

P Ab exemplari librorum KNO etiam P ortus est, qui iam in censum venire debet, cum sit unus ex libris antiquioribus melioris notae. fuit olim Pii II n. 4, quo sub numero etiamnunc in bibliotheca Vaticana extat. tractatum De professione Christiana una cum multis aliis eiusdem auctoris opusculis con-

tinet (ff. 68v-74r). phototypiis usus sum optimis, quas primum contulit H. Brown, post eam J. P. Cooke, qui haud pauca correxit. sed etiam alia collatione uti mihi licuit a G. Pasquali multis ante annis facta. ipse quoque integrum contuli codicem, ut cum O compararem. est autem liber nitidissime scriptus binis sicut Monacensis O columnis. plurima, in quibus P a classis primae textu secedit, cum O communia habet, et velut O plerumque cum textu editionis Parisinae (= ed. Mignei) congruit. modus scribendi priscus quo utitur idem est quem in O descripsi sicut καταρετὴν, διακολούθου, ἄλλότι, ita ut ambos ad unum fontem redire statim appareat; nam cum O et P in gravioribus raro dissentiant, communis eorum origo ex rebus maxime orthographicis aliisque eius modi minutiis cognoscitur. delectus Gregorii librorum, quem P continet, pauciora quam O complectitur opera, sed cum ipsa opuscula eadem sint, quae in O extant, codicem P ex fonte pleniore, qui O similis erat, sua hausisse apparet, cuius rationem textum binis columnis scribendi et singulos λόγους numerandi P imitatur. dubites primo obtutu an P ex O descriptus sit, sed hoc factum esse non potest propter parvum quendam numerum lectionum quibus P ab O differt. 130, 23 λάβοιμεν O λάβωμεν P; 132,10 αὐτῷ post ἐπιβοώντων γὰρ om O habet P; 133, 6 ἀπελεχθήσονται O ἀπελεγχθήσονται P; 135, 22 τὸ ὄνομά τις . . . ὑποδύοιτο O τι ὄνομα . . . ὑποδύοιτό τις P; 137, 4 τούτω O τοῦτο P; 137, 18 μεμορφωμένος O (ω ex ου corr) μεταμορφούμενος P; 139, 6 τῷ λογισμῷ καταδυεὶς O καταδυεὶς τῷ λογισμῷ P; 139, 10 σὺ εἶ ἐκεῖ O σὺ ἐκεῖ εἶ P cum SMQ, 18 τῇ ante ὑλωδεστέρα om O. nam etiamsi nonnulla ex his neglegentiae scribae vel coniecturae eius tribuere possis, sunt tamen quae P archetypum codicis O vel aliud eius apographum magis quam O ipsum sequi ostendant. discrepantiam lectionum codicis P in apparatu notavi.

Vat. 445 Ex codice P descriptus est codex Vaticanus gr. 445 chartaceus saeculi XVI, qui Gregorii Nysseni varia continet opera. liber Ad Harmonium ff. 42v-45 extat, quem ipse contuli. repperi eum in omnibus codicem P sequi, quod idem in libro De virginitate evenit, quare totum codicem cum toto P comparare haud inutile mihi visum est. et illico apparebat utrumque eadem Nysseni opuscula complecti. haec in initio et fine codicis Vaticani 445 eodem ordine quo in P disposita sunt, in medio codice librorum ordo variat. sed bene accidit quod codici Vaticano 445 index librorum, quos continet, praefixus est (inde a λόγος α′ usque ad λόγος λα′). indicis enim numeri ab ordine, quo iam Gregorii opuscula in hoc codice se excipiunt, discrepant, at plane correspondent ordini librorum in P servato. quo confirmatur Vaticanum 445 ex P esse descriptum et initio et fine ordinem in P inventum retinuisse, in medio autem codice nescio quam ob causam mutasse, nisi id in conglutinando codice casu accidit. Vaticanus igitur ex apparatu critico dimitti potest.

Ambr. Q 14 sup Alius codex ab eadem stirpe oriundus est Ambrosianus Q 14 sup. chartaceus saeculo XV exeunte Naupliae a Michaele Suliardo scriptus, ut in subscriptione dicit. continet Gregorii Nysseni opera varia a f. 97v usque ad f. 478. finem facit f. 478 sq. commemoratio e synaxario adiecta et vita Petri episcopi Naupliae. librum Ad Harmonium exhibet ff. 237v-243v, quem ipse contuli. quem cum plane consentire cum P viderem, utrumque de integro comparavi, et re vera Ambrosianus ex P ad verbum descriptus est. id etiam in reliquis Gregorii operibus, quae codex continet, ita se habere examinatis compluribus eorum pro certo affirmari potest. confirmavit mihi J. P. Cavarnos, qui librum De virginitate in Ambrosiano contulit eumque ex P desumptum esse cognovit.

equidem totum codicem ex P fluxisse intellexi simul atque ordinem librorum in eo examinavi. est enim idem qui in P et congruit cum indice operum codici Vat. 445 praefixo, quem et ipsum modo ostendi ex P ortum esse (p. 122). neque hic ordo in Ambrosiano turbatus est, ut in Vat. 445 factum est, sed plane cum P consentit. unus Gregorii liber in Ambrosiani initio additus est De hominis opificio (f. 97v), quem unde scriba sumpserit, nescio. hoc unum pro certo dici potest eum non sicut reliquos ex P provenisse, cum opera Nysseni in P numeris insignita sint et a libro De beatitudinibus incipiant, qui λόγος α′ appellatur. liber De hominis opificio igitur non ex integriore statu codicis P sumptus esse potest, sed ex alio fonte adiectus est. in apparatu critico hunc codicem non adhibui.

Vat. 450 Ad eandem familiam atque KNOP pertinet codex Vaticanus graecus 450 membranaceus augustae et ipse vetustatis, cum saeculo decimo vel undecimo eum assignent artis calligraphicae antiquae periti. „constat duabus partibus in unum conflatis: partem priorem (ff. 4-34v) efficiunt fasciculi quattuor quaterniones (excepto primo septem foliorum), partem alteram (ff. 35-406v) fasciculi quaterniones 47 ..." (cf. Codices Vaticani graeci tomus II p. 203). pars prior (ff. 4-34v) opera quaedam Gregorii Nysseni complectitur. inter haec tertium locum obtinet liber Ad Harmonium, qui ff. 28-34 extat. sequuntur in altera codicis parte opera Joannis Chrysostomi; haec olim ad alium codicem pertinebant, qui praeter ea ff. 381-405 nonnulla Nysseni opuscula exhibebat. apparet etiam folia triginta partis prioris (ff. 4-34v) fragmentum esse alterius codicis, qui olim plura Gregorii opera continebat. is similis fuisse videtur codicibus O et P, ad quorum textum prope accedit. tractatum De professione Christiana ante hos triginta annos Georgius Pasquali dili-

gentissime contulit, qui ut fructu sui laboris uterer benigne mihi permisit. praeterea usus sum phototypia, quam praefectus bibliothecae Vaticanae mihi subministravit. hic codex maxime cum eo cognatus est ex quo textus vulgatus huius libelli fluxit (= O, cf. p. 126). in apparatum eum quamvis antiquum non admisi, quia haec recensio iam libris eiusdem vel similis aetatis satis repraesentari videbatur.

E codicibus recentioribus, qui adhuc superstites sunt, ad textum vulgatum proxime accedit codex Urbinas gr. 9 chartaceus saeculi XVII. eadem ratio intercedit inter Urbinatem gr. 11 et textum editionum impressarum in libris contra Eunomium. quamobrem iam in praefatione editionis meae librorum contra Eunomium (vol. II p. lviii) de codicibus Urbinatibus fusius disputavi. uterque codex pars est editionis manu scriptae omnium Nysseni operum, quae codicibus Urbinatibus gr. 9, 10, 11, 12, 13 continetur. qui omnes ab una manu scripti sunt iussu Federici, ducis de Montefeltro; nam cuncta Gregorii aliorumque patrum opera in sua bibliotheca possidere volebat. scribam, qui quinque haec volumina exaravit et interdum rem satis neglegenter egit, Josephum quendam Cretensem fuisse Stornaiolo in catalogo codicum Urbinatium p. 19 cognovit. codex Urbinas 14 ad hanc editionem non pertinet, etsi Gregorium Nyssenum continet. nam ab alia manu XV saeculo scriptus est et ex parte eadem Gregorii opera habet, quae in maiore illa serie extant. tractatus Ad Harmonium in Urb. 9 ff. 185v-191r extat post librum Ad Theophilum episcopum Alexandriae contra Apollinarem, ubi tamen Stornaiolo in catalogo p. 17 eum omisit. ordo librorum in collectione codicum Urbinatium non congruit cum ullo alio codice, sed hoc minime mirum est, cum ex compluribus libris manu scriptis haustus sit; nam hoc unum scriba sibi proposuerat, ut omnia opera Gregorii, quae

cognita habebat, in unum corpus colligeret. quare nonnulla opuscula Gregorii eodem ordine disposita reperimus, quo in O, Par. 585, et K occurrunt, sunt tamen disiecta membra vetustioris illius ordinis, quibus alia admixta sunt nescio unde sumpta. nec multum interest scire quomodo haec recentissima collectio coaluerit, quae ab editione impressa illius aetatis non ratione ac via, sed eo tantum differt, quod manu scripta, non typis expressa est.

DE TEXTU VULGATO ET DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Editio princeps, si hoc nomine digna est, libelli De professione Christiana non fuit prima illa editio omnium quae usque ad id tempus innotuerant Nysseni operum, Parisinam dico anno 1615 sumptibus Claudii Morelli emissam et anno 1638 multis novis operibus additis iteratam. nam etsi hunc quoque libellum continebat (ed. 1638, vol. III p. 167-175), textus tamen graecus, quem editio Parisina exhibet, e priore editiuncula separata huius opusculi derivatus erat. iam pridem versio latina Francisco Zino interprete Venetiis anno 1570 prelo data erat, quam secunda translatio latina apud Lorium de Loriis impressa anno 1580 secuta est. denique ipse textus graecus a Davide Hoeschelio Augustano apud Franciscum Raphelengium Lugduni Batavorum anno 1593 editus est pusillo volumine, quod quinque Nysseni opera graece continebat (de exemplari huius editionis iam rarissimae, quod mihi inspicere licuit, cf. p. 103). inter ea tractatus Ad Harmonium de professione Christiana primum locum tenebat, quem liber De perfectione sequebatur (cf. praef. eius operis p. 151).

Editor non multum de subsidiis, quibus usus erat, nobis tradit, sed ea quae dicit ad fontes eius indagandos sufficiunt. nam mentionem facit duorum codicum,

quibus contentus fuit in libro Περὶ τοῦ χριστιανισμοῦ edendo (sic enim librum Περὶ τοῦ τῶν Χριστιανῶν ὀνόματος ἤτοι ἐπαγγέλματος appellat): alter recentior erat, quem etiam in notis ad finem editionis relegatis p. 155 commemorat, alter vetustior, quem ad illum corrigendum adhibuit. et recentiorem quidem codicem, quem Hoeschelius in notis litteris C. R. designavit, Augustanum 241 (saeculi XVI) fuisse vel ex ipsa corrupta tituli forma (cf. supra) apparet, nam hanc praeter Matritensem 3179 in solo codice Augustano 241 inveni, quorum uterque eosdem tres Gregorii libros continet et ex eodem fonte ab eadem manu descriptus est. illud quoque, quod Gregorium in libro recentiore ἀρχιεπίσκοπον (pro ἐπίσκοπον) appellari p. 155 affirmat Hoeschelius, in codicem Augustanum 241 unice quadrat. iam antea, cum mihi de hoc codice dicendum esset, eum in margine varias lectiones exhibere statui ab altera manu additas, quas ipse qui eas scripsit 'ex cod. Aug.' se hausisse ad primam earum adnotat, easque cum codice antiquissimo Monacensi 370 congruere supra demonstravi, qui Hoeschelii aetate Augustae Vindelicorum erat, postea Monacum transvectus est. habemus iam 'codicem veterem', cuius ipse editor mentionem facit, et facile videmus Hoeschelium codice Aug. 241 pro textu manuscripto editiunculae suae usum esse, ita tamen ut lectiones meliores, quas ex vetere codice in textum accipere volebat, in margine recentioris libri notaret. quare non est mirandum, quod in editione Lugdunensi hae lectiones a margine in textum receptae, lectiones Augustani 241 autem, ubi differebant, in marginem relegatae sunt. in eo quod notas minutis litteris impressas in margine habet, editio prima codicis Augustani exemplum fideliter sequitur.

Habemus igitur hanc textus vulgati huius libelli genealogiam:

cod. Augustanus 241
e Monac. 370 correctus
|
editio Lugdunensis
anni 1593 ab Hoeschelio curata
|
editio Parisina
Claudii Morelli anni 1615
|
editio Parisina altera
Aegidii Morelli anni 1638
|
editio Mignei in Patro-
logia Graeca quae ex
Parisina altera expressa est

CONSPECTUS SIGLORUM

(De professione Christiana)

A codex Venetus Marcianus gr. 68 membranaceus saec. XII

S codex Vaticanus gr. 1907 chartaceus saec. XII-XIII

E codex Vaticanus gr. 446 membranaceus saec. XII

Q codex Taurinensis C. I. 11 chartaceus saec. XIV

M codex Ambrosianus C 135 inf. membranaceus saec. XI

W codex Vindobonensis theol. gr. 42 membranaceus saec. XII

K codex Venetus Marcianus gr. 67 membranaceus saec. XI

N codex Bodleianus Cromwell 9 membranaceus saec. XII-XIII

O codex Monacensis gr. 370 membranaceus saec. X

P codex Vaticanus Pii II 4 membranaceus saec. XI

v textus vulgatus editionis Parisinae anni 1638 et Mignei

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ
ΠΡΟΣ ΑΡΜΟΝΙΟΝ
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΙ ΤΟ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΕΠΑΓΓΕΛΜΑ

37 M. Ὅπερ ποιοῦσι πρὸς τοὺς κρατοῦντας οἱ τοῖς ἡμερινοῖς ὑποκείμενοι φόροις, εἰ πλειόνων ἡμερῶν ἐλλειφθείη τὸ χρέος, ἀθρόως τῶν κατὰ μέρος ὀφλημάτων ἀποτιννύντες ἐν κεφαλαίῳ τὸ ὄφλημα, εἴ τινος ἐπιτύχοιεν εὐπορίας, τοῦτο ποιήσω καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς σεμνότητός σου. χρεωστῶν γάρ σοι τὸ συνεχῶς ἐπιστέλλειν (διότι τοῖς Χριστιανοῖς ἡ ἐπαγγελία χρέος ἐστί), τὴν ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ τῶν γραμμάτων ἔλλειψιν, ἣν ἀκουσίως πεποίημαι, νῦν ἀναπληρῶσαι βούλομαι, τοσοῦτον ἐκτείνας τῆς ἐπιστολῆς τὸ μέτρον, ὥστε πρὸς τὰ συνήθη μέτρα τῶν γραμμάτων διαιρουμένην ἀντὶ πολλῶν νομισθῆναι. ὡς δ' ἂν μὴ μάτην ἀδολεσχοίην τῷ μήκει τοῦ γράμματος, καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι διὰ τῆς ἐπιστολιμαίου ταύτης φωνῆς τὴν κατὰ πρόσωπον ἡμῶν συνουσίαν μιμήσασθαι. μέμνησαι γὰρ πάντως, ὅτι τῶν πρὸς ἀλλήλους πάντοτε ἡμῖν λόγων αἱ ἀφορμαὶ μελέται πρὸς ἀρετὴν καὶ γυμνάσιον πρὸς θεοσέ-

ASEQWKNOP Tit τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἁρμόνιον περὶ τοῦ τί τὸ (om W) τῶν (om AEKNOP) χριστιανῶν ὄνομα ἢ (ἢ τὸ A ἤτοι E) ἐπάγγελμα AEWKNOP τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἁρμόνιον περὶ τοῦ τί τὸ τοῦ χριστιανοῦ ἐπάγγελμα Q ὀλυμπίῳ ἀσκήτῃ περὶ τοῦ τί τοῦ χριστιανοῦ τὸ ἐπάγγελμα S, sed hunc libellum cum simili tractatu De perfecta Christiani forma confundit titulus et initium desunt in M in marg λό $\overline{κβ}$ K $\overline{κα}$ O duo tituli ex libro ipso hausti, ubi vel ὄνομα vel ἐπάγγελμα invenias, deinde conflati sunt (cf. p. 130, 20) 1 ἡμερησίοις Q 3 ἀθρόως om AS 5 τούτῳ A ποιῶ ASEQ 9 ἀποπληρῶσαι ASQv (cf libri finem) 10 καὶ post ὥστε add WKNOPv, om ASEQ 11 συγκρινομένην S 12 ἀδολεσχεῖν δοκοίην Q 14 ἡμῶν om Q 15 πάντοτε ἡμῖν τῶν πρ. ἀλλ. Q τῶν om S τῶν ante λόγων add AS 16 μελετὰν A γυμνάσιον EQ: γυμνασίαν AWK (ι eras) NO (-ίαι O²) γυμνασίαι SP

240 M. βειαν ἦσαν, σοῦ μὲν ἐπιστατικῶς ἀεὶ τοῖς λεγομένοις ἀνθυποφέροντος καὶ οὐδὲν ἀνεξετάστως παραδεχομένου τῶν λεγομένων, ἡμῶν δὲ διὰ τὸ προήκειν τῷ χρόνῳ τὰ ἑκάστοτε παρὰ τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας ἐπιζητούμενα διαλυόντων. εἰ μὲν οὖν ἦν δυνατὸν καὶ νῦν γίνεσθαι οὕτως, ὥστε παρὰ τῆς σῆς συνέσεως δίδοσθαι τῷ λόγῳ τὴν ἀφορμήν, τῷ παντὶ κρεῖττον ἂν ἦν τὸ τοιοῦτον· διχόθεν γὰρ ἂν ὑπῆρχεν ἀμφοτέροις τὸ κέρδος ἔκ τε τοῦ προσορᾶν ἀλλήλους (οὗ τί γλύκιον τῶν κατὰ τὸν βίον ἐμοί;) καὶ ἐκ τοῦ παρὰ τῆς σῆς φρονήσεως πλήκτρου δίκην τὴν γηραιὰν ἡμῶν ἀνακινεῖσθαι κιθάραν. ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ βίου ἀνάγκη διεστάναι ἡμᾶς παρασκευάζει τῷ σώματι, κἂν ἀεὶ τὰς ψυχὰς συναπτώμεθα, ἀναγκαῖον ἂν εἴη καὶ τὸ σὸν πρόσωπον ὑποδύεσθαι, εἴ πού τις ἀντίρρησις πρὸς τὸν λόγον κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἡμῖν ἀναφανείη. καλῶς δ' ἂν ἔχοι πρῶτον ὑπόθεσίν τινα τῶν ψυχωφελῶν προθεῖναι τῷ τῶν γραμμάτων σκοπῷ, εἶθ' οὕτω πρὸς τὸ προκείμενον ἀσχοληθῆναι τῷ λόγῳ. οὐκοῦν ὡς ἐν προβλήματι ζητείσθω παρ' ἡμῶν

Τί τοῦ Χριστιανοῦ τὸ ἐπάγγελμα;

τάχα γὰρ οὐκ ἔξω τοῦ λυσιτελοῦντος ἡ περὶ τούτου σκέψις γενήσεται. εἰ γὰρ ἀκριβῶς εὑρεθείη τὸ διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου δηλούμενον, πολλὴν ἂν λάβοιμεν πρὸς τὸν κατ' ἀρετὴν βίον συνεργίαν, ἀληθῶς ὅπερ ὀνομαζόμεθα

22 cf. De perf. p. 174, 15

ASEQ(M)WKNOP 1 ἀεὶ ἐπιστατικῶς P τι post ἀεί add Q 5 ἦν om S 6 τῶ add ASEQ, om cet v 7 ἢ A τοιοῦτο καὶ διχόθεν AS (γὰρ om) litt διχο a folio recto ad versum transiens om A 8 ἂν om Q 11 γεραιὰν W δὲ om A 12 ἡμᾶς om KN τὰ σώματα W 13 ἀεὶ AS: εἰ WKNOP, om EQ ταῖς ψυχαῖς S συναπτόμεθα Q 16 πρῶτον om v τῶν ψυχωφελῶν om AS προθεῖναι om A θέσθαι S 17 ὁ ante τῷ add A οὗτος A 23 λάβωμεν MP (hinc codice M utor pro W cf. p. 108), 24 τὴν ante συνεργίαν add cod Λ, an ex coniectura propter numerum clausulae?

τοῦτο καὶ εἶναι διὰ τῆς ὑψηλῆς πολιτείας σπουδάζοντες. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἰατρὸς ἢ ῥήτωρ ἢ γεωμέτρης καλεῖσθαι ποθήσειεν, οὐκ ἂν δέξαιτο τῇ ἀπαιδευσίᾳ τὴν ἐπωνυμίαν ἐλέγχεσθαι, μὴ εὑρισκόμενος ἐπὶ τῆς πείρας ὃ ὀνομάζεται, ἀλλ' ὁ κατὰ ἀλήθειάν τι τούτων προσαγορεύεσθαι θέλων, ὡς ἂν μὴ ψευδώνυμος ἡ κλῆσις ἐλέγχοιτο, αὐτῷ τῷ ἐπιτηδεύματι τὴν προσηγορίαν πιστώσεται· τὸν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς τρόπον, εἴπερ τὸν ἀληθῆ σκοπὸν τοῦ Χριστιανοῦ ἐπαγγέλματος ἐξετάζοντες εὕροιμεν, οὐκ ἂν ἑλοίμεθα μὴ εἶναι τοῦτο, ὅπερ τὸ ὄνομα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπαγγέλλεται, ὡς ἂν μὴ τὸ περὶ τοῦ πιθήκου διήγημα τὸ παρὰ τοῖς ἔξω περιφερόμενον καὶ ἡμῖν ἐφαρμόσειε. φασὶ γάρ τινα τῶν

11 Lucian. Pisc. 36 λέγεται δὲ καὶ βασιλεύς τις Αἰγύπτιος (quem fuisse unum ex Ptolemaeis dicit Ael. Nat. an. VI, 10, Cleopatram Lucianus Apol. de mercede conductis 5) πιθήκους ποτὲ πυρριχίζειν διδάξαι καὶ τὰ θηρία—μιμηλότατα δέ ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων—ἐκμαθεῖν τάχιστα καὶ ὀρχεῖσθαι ἁλουργίδας ἀμπεχόμενα καὶ προσωπεῖα περικείμενα, καὶ μέχρι γε πολλοῦ εὐδοκιμεῖν τὴν θέαν, ἄχρι δή τις θεατὴς ἀστεῖος κάρυα ὑπὸ κόλπον ἔχων ἀφῆκεν ἐς τὸ μέσον· οἱ δὲ πίθηκοι ἰδόντες καὶ ἐκλαθόμενοι τῆς ὀρχήσεως, τοῦθ' ὅπερ ἦσαν, πίθηκοι ἐγένοντο ἀντὶ πυρριχιστῶν καὶ ξυνέτριβον τὰ προσωπεῖα καὶ τὴν ἐσθῆτα κατερρήγνυον καὶ ἐμάχοντο περὶ τῆς ὀπώρας πρὸς ἀλλήλους, τὸ δὲ σύνταγμα τῆς πυρρίχης διελέλυτο καὶ κατεγελᾶτο ὑπὸ τοῦ θεάτρου. τοιαῦτα καὶ οὗτοι ποιοῦσι (scil ei philosophi, qui verbis sunt gravissimi, sed vita et moribus viles atque contemnendi). apparet Gregorium hanc historiolam ex Luciano, lectissimo tunc auctore, petitam in suum usum convertisse, cum philosophorum loco illos Christianos, qui nomine tantum Christi sunt imitatores, introduceret, et hoc eo facilius fieri poterat, cum Christianorum vita et mores persaepe ab ipso Gregorio ὁ φιλόσοφος βίος appellentur. sic Cynicorum in philosophos invectiva in Christianas litteras translata novo consilio usurpata est

ASEQMKNOP 4 ἐλέγχεται γὰρ μὴ et dist post ἐπωνυμίαν EQ κατονομάζεσθαι S 5 ἕν ante τι add Q 7 πιστώσεται ASEQ: πιστώσηται cet v 8 σκοπὸν: τρόπον KN χριστιανικοῦ N corr N² 9 εὕροιμεν Q: εὕρομεν (sscr ω man alt) K εὕρωμεν EN εὕρομεν cet v 11 τὸ post διηγ. om AS παρὰ τοῖς ex παρ' αὐτοῖς corr M²

θαυματοποιῶν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως ἀσκήσαντα πίθηκον διά τινος εὐστροφίας ὀρχηστικῶς σχηματίζεσθαι, περιθεῖναι δὲ αὐτῷ πρόσωπόν τε ὀρχηστικὸν καὶ ἐσθῆτα τῷ ἐπιτηδεύματι πρόσφορον καὶ χορὸν αὐτῷ περιστήσαντα ἐνευδοκιμεῖν τῷ πιθήκῳ πρὸς τὸν τοῦ μέλους ῥυθμὸν ἑαυτὸν ἐκλυγίζοντι καὶ διὰ πάντων ἐπικρυπτομένῳ τὴν φύσιν, οἷς ἐποίει τε καὶ ἐφαίνετο. κατεχομένου δὲ τοῦ θεάτρου πρὸς τὸ καινοπρεπὲς τοῦ θεάματος παρόντα τινὰ τῶν ἀστειοτέρων παιδιᾷ τινι δεῖξαι τοῖς προσκεχηνόσι τῷ θεάματι πίθηκον ὄντα τὸν πίθηκον. ἐπιβοώντων γὰρ πάντων καὶ ἐπικροτούντων ταῖς τοῦ πιθήκου περιστροφαῖς εὐρύθμως πρὸς τὴν ᾠδὴν καὶ τὸ μέλος συγκινουμένου, ῥίψαι φασὶν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας τῶν τραγημάτων ἐκεῖνα ὅσα τὴν λιχνείαν τῶν τοιούτων θηρίων ἐφέλκεται· τὸν δὲ μηδὲν μελλήσαντα, ἐπειδὴ διασπαρέντα εἶδε πρὸ τοῦ χοροῦ τὰ ἀμύγδαλα, ἐκλαθόμενον τῆς τε
241 M. ὀρχήσεως καὶ τῶν κρότων καὶ τῶν τῆς ἐσθῆτος καλλωπισμῶν ἐπιδραμεῖν τε αὐτοῖς καὶ ταῖς τῶν χειρῶν παλάμαις ἐγκρατεῖν τὰ εὑρισκόμενα· καὶ ὡς ἂν μὴ ἐμποδὼν εἴη τὸ προσωπεῖον τῷ στόματι, περιαιρεῖσθαι κατὰ σπουδὴν ἑαυτοῦ τοῖς ὄνυξι τὴν σεσοφισμένην μορφὴν περιθρύπτοντα, ὥστε αὐτὸν ἀθρόως γέλωτα κινῆσαι τοῖς θεαταῖς ἀντὶ τῶν ἐπαίνων τε καὶ τοῦ θαύματος, εἰδεχθῶς καὶ

ASEQMKNOP 3 δὲ ASE: καὶ ante περιθ. add (om δὲ) cet v (utrumque om Q) αὐτῷ om Q τε post πρόσωπον add ASEQ, om cet v 4 αὐτῷ om QNpr, add N^2 5 τὸν om E 6 ῥυθμὸν: σκοπὸν E ἐκλυγίζοντα A καὶ om A ἐπικρυπτομένω SQK^2 v (ἀκοκρυπτομένω M^2 in marg): ἐπιθρυπτομένω cet 7-8 δὲ: τε ASE 9-10 προκεχηνόσι AS (-χονόσι?) 11 αὐτῶ post γὰρ add P καὶ post ἐπικροτ. add AS 11-12 προσφοραῖς καὶ περιστροφαῖς cod Barocc 27 var lect conglutinans ut vid 12 ἐρρύθμως cod Leid 12-13 κινουμένου Q συγκειμένου AS (-ων) 15 μελήσαντα EN, corr N^2 16 ἐκλαθόμενος AS 17 ὀρχήσεως ASEQ: ὀρχήστρας cet v καὶ τῶν κρότων om E 19 ἐγκρατεῖν ASEQ: συλλέγειν MKNOPv 21-22 περιθρύπτοντα MKNOPv: περιδρύφοντα EQ περιρίπτοντα A ἀπορρίπτοντα S ex coniectura 22 γέλωτα ἀθρόως E 23 τοῦ EQMKNOP, om cet v

γελοίως ἐκ τῶν τοῦ προσωπείου λειψάνων διαφαινόμενον. ὥσπερ οὖν οὐκ ἐπήρκεσεν ἐκείνῳ τὸ σεσοφισμένον σχῆμα πρὸς τὸ νομισθῆναι ἄνθρωπον, ἀπελεγχθείσης ἐν τῇ λιχνείᾳ τῶν τραγημάτων τῆς φύσεως, οὕτως οἱ μὴ ἀληθῶς αὐτὴν τὴν φύσιν ἑαυτῶν τῇ πίστει μορφώσαντες ῥᾳδίως ἐν ταῖς τοῦ διαβόλου λιχνείαις ἀπελεγχθήσονται ἄλλο τι ὄντες παρ' ὃ ἐπαγγέλλονται. ἀντὶ γὰρ ἰσχάδος ἢ ἀμυγδάλης ἢ τῶν τοιούτων τινὸς τὸ κενόδοξον καὶ φιλότιμον καὶ τὸ φιλοκερδὲς καὶ φιλήδονον καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἡ κακὴ τοῦ διαβόλου ἀγορὰ τοῖς λίχνοις τῶν ἀνθρώπων ἀντὶ τραγημάτων προτιθεῖσα ῥᾳδίως εἰς ἔλεγχον ἄγει τὰς πιθηκώδεις ψυχάς, οἳ διὰ μιμήσεως ἐσχηματισμένης τὸν χριστιανισμὸν ὑποκρίνονται, τὸ τῆς σωφροσύνης ἢ τὸ τῆς πραότητος ἤ τινος ἄλλης ἀρετῆς προσωπεῖον ἐν τῷ καιρῷ τῶν παθημάτων ἑαυτοῖς ἀφανίζοντες. οὐκοῦν ἀναγκαῖον ἂν εἴη νοῆσαι τοῦ χριστιανισμοῦ τὸ ἐπάγγελμα· τάχα γὰρ ἂν τοῦτο γενοίμεθα, ὅπερ τὸ ὄνομα βούλεται, ἵνα μὴ ψιλῇ τῇ ὁμολογίᾳ καὶ τῷ προσχήματι τοῦ ὀνόματος μόνου μεταμορφούμενοι, ἄλλο τι παρὰ τὸ φαινόμενον ὄντες, τῷ τὰ κρυπτὰ καθορῶντι ἐπιδειχθείημεν.

Τί τοίνυν ὁ χριστιανισμὸς ἐξ αὐτῆς τῆς προσηγορίας νοεῖται, πρῶτον ἐπισκεψώμεθα. ἔστι μὲν οὖν παρὰ τῶν σοφωτέρων μείζονά τινα καὶ μεγαλοφυεστέραν

22-23 παρὰ τ. σοφωτέρων: exempli causa cogitari licet de definitione Christianorum, secundum quam 'non gens' sunt, sed 'gens gentium', i.e. ex omnibus gentibus unus populus. ea definitio apud complures auctores Christianos invenitur ut in Ep. ad Diogn. 5-6, vel Orig. Comm. in ep. ad Rom. lib. VIII, 6 (P.G. XIV, 1173), Explan. ad Ps. 36 hom. 1 (P.G. XII, 1321), al.

ASEQMKNOP 2 ἐπήρκεσεν ASE: ἐξήρκεσεν cet v 4 τῆς φύσεως om S 5 τῇ πίστει om S 6 διαβόλου: βίου Q 9 τὸ ante φιλήδονον add AS 11 τῶν ante τραγημάτων add A προτιθεῖσα EQNv: προτεθεῖσα MKOP προσθεῖσα A προθεῖσα S 12 οἳ: αἳ S 13 τὸ om N 14 τινα M ἀρετῆς: ἀγάπης A προσωπεῖον om AS 16 ἂν del M² 17 γὰρ MQO², om cet v 19 μεταμορφούμενοι correxi: καταμορφούμενοι libri v cf. 5

πάντως ἐξευρεθῆναι διάνοιαν συνεπηρμένην τῷ ὑψηλῷ τοῦ ὀνόματος. ἃ δὲ ἡμεῖς χωροῦμεν περὶ τούτου τοῦ ὀνόματος, ταῦτά ἐστι· τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, εἰ πρὸς τὸ σαφέστερόν τε καὶ γνωριμώτερον ῥῆμα μετενεχθείη, τὸν βασιλέα σημαίνει, τῆς ἁγίας γραφῆς τὴν βασιλικὴν ἀξίαν τῇ τοιαύτῃ φωνῇ κατά τινα ἰδιάζουσαν χρῆσιν ἐνδεικνυμένης. ἀλλ' ἐπειδή, καθώς φησιν ἡ γραφή, ἄφραστόν ἐστι τὸ θεῖον καὶ ἀκατάληπτον, πάσης ὑπερκείμενον καταληπτικῆς ἐπινοίας, ἀναγκαίως οἱ τῷ ἁγίῳ πνεύματι θεοφορούμενοι προφῆται καὶ ἀπόστολοι πολλοῖς ὀνόμασί τε καὶ νοήμασιν ἐπὶ τὴν σύνεσιν τῆς ἀφθάρτου φύσεως ἡμᾶς χειραγωγοῦσιν, ἄλλου πρὸς ἄλλο τι τῶν θεοπρεπῶν νοημάτων ἡμᾶς διευθύνοντος· ὥστε τὴν μὲν ἐπὶ πάντων ἐξουσίαν τῷ τῆς βασιλείας ὀνόματι παραδηλοῦσθαι, τὸ δὲ πάθους παντὸς καὶ κακίας πάσης ἀμιγὲς καὶ ἐλεύθερον τοῖς τῆς ἀρετῆς ὀνόμασιν ὀνομάζεσθαι, ἑκάστης πρὸς τὸ κρεῖττον νοουμένης τε καὶ λεγομένης· ὥστε τὸ αὐτὸ δικαιοσύνην τε εἶναι καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν καὶ ἀλήθειαν ἀγαθότητά τε καὶ ζωὴν καὶ σωτηρίαν καὶ ἀφθαρσίαν καὶ τὸ ἀμετάβλητόν τε καὶ
244 M. ἀναλλοίωτον καὶ πᾶν ὅ τί πέρ ἐστιν ὑψηλὸν νόημα διὰ τῶν τοιούτων ὀνομάτων δηλούμενον, πάντα τὸν Χριστὸν καὶ

7 I Tim 6, 16 sim 10 cf. De perf. p. 174, 23 et 175, 14 sq. 13 cf. De perf. 176, 17 sq. 17 cf. Hebr 7, 2 sim 18 I Cor 1, 24 (σοφία δύν.); Joh 14, 6 (ἀλήθεια); ? (ἀγαθότης) cf. Joh 7, 12 sim; Joh 14, 6 (ζωή) 19 Act 4, 12 (σωτηρία); ἀφθαρσία Christus in NT nusquam appellatur, sed cf. I Cor 15, 53-57 al. eodem modo intellegendae sunt praedicationes ἀμετάβλητον et ἀναλλοίωτον, quae et ipsae in NT non occurrunt, sed ex theologia philosophorum Graecorum repetitae sunt

ASEQMKNOP 1 πάντων M (-ως M[2]) συνεπαιρομένην M συνεπηρτημένην K exp τη 2 ἃ: ἂν M pr (ἃ in marg ?) χωρῶμεν M τούτου νοήματα MQ (alt του ex corr M sed in marg εὑρεῖν περὶ τούτου νοήματα δεδυνήμεθα ταῦτά ἐστι M[2]) 5 ἁγίας: θείας Q 8 ἐννοίας E 9 θείῳ, sscr ἁγίῳ N 10 τε ante καὶ ἀπ. add M 11 ἀφράστου Q 15 πάσης om M τε post ἀμιγὲς add ME 16 τὸ om E 18 τε post ἀγαθ. om MS 21 καὶ om MQ

εἶναι καὶ λέγεσθαι. εἰ τοίνυν περίληψις παντὸς ὑψηλοῦ νοήματος ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ νοεῖται ὀνόματι (τῷ γὰρ ὑψηλοτέρῳ τῶν σημαινομένων καὶ τὰ λοιπὰ περιέχεται, ὡς ἕκαστον τῶν ἄλλων τῇ ἐννοίᾳ τῆς βασιλείας ἐνθεωρεῖσθαι), τάχα δι' ἀκολούθου γένοιτο ἄν τις ἡμῖν τῆς τοῦ χριστιανισμοῦ ἑρμηνείας ἡ κατανόησις. εἰ γὰρ τῷ ὑπερέχοντι τῶν τῆς ἀφθάρτου φύσεως ἑρμηνευτικῶν ὀνομάτων συνονομαζόμεθα οἱ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως πρὸς αὐτὸν συναπτόμενοι, ἀνάγκη πᾶσά ἐστι, καὶ ὅσα μετὰ τοῦ ὀνόματος τούτου περὶ τὴν ἄφθαρτον ἐκείνην θεωρεῖται φύσιν νοήματα, καὶ πρὸς ἐκεῖνα ἡμῖν τὴν ὁμωνυμίαν κατὰ τὸ ἀκόλουθον γίνεσθαι. ὡς γὰρ τῇ μετοχῇ τοῦ Χριστοῦ τὴν τοῦ Χριστιανοῦ προσηγορίαν ἐσχήκαμεν, οὕτω προσήκει κατὰ τὸ ἀκόλουθον καὶ πάντων ἡμᾶς τῶν ὑψηλῶν ὀνομάτων τὴν κοινωνίαν ἐφέλκεσθαι. καὶ καθάπερ ἐπὶ ἁλύσεως ὁ τὴν κατὰ τὸ ἄκρον ἀγκύλην ἐπισπασάμενος τὰς συμφυῶς ἐχομένας ἀλλήλων διὰ τῆς μιᾶς ἂν ἐφελκύσαιτο, οὕτως ἐπειδὴ τῷ τοῦ Χριστοῦ ὀνόματι συμφυῶς ἔχει καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἑρμηνευτικῶν τῆς ἀφράστου καὶ πολυειδοῦς ἐκείνης μακαριότητος, ἐπάναγκες ἂν εἴη τὸν τοῦ ἑνὸς δραξάμενον καὶ τὰ λοιπὰ τῷ ἑνὶ συνεφέλκεσθαι.

Εἰ τοίνυν τὸ μὲν ὄνομά τις τοῦ Χριστοῦ ὑποδύοιτο, ὅσα δὲ τῷ ὀνόματι τούτῳ συνθεωρεῖται μὴ δεικνύοι τῷ βίῳ, καταψεύδεται τοῦ ὀνόματος ὁ τοιοῦτος κατὰ τὸ προτεθὲν ἡμῖν ὑπόδειγμα προσωπεῖον ἄψυχον

12 De perf. p. 174, 11 sq.

ASEQMKNOP 5 τῆς om A 10 ἄφραστον MQ θεωρεῖται ἐκείνην AS 12 χριστοῦ: θεοῦ M 13 χριστιανισμοῦ ASEP 16 τὰς: τὰ S 17 συμφυῶς ἐχομένας usque ad 18 ὀνόματι om AS, propterea 18 οὕτως post ἔχει addunt et 19 καὶ κατὰ τὰ λοιπὰ scribit S unde apparet iam eorum archetypum lacunam in fonte suo invenisse et corrigere studuisse ἂν om Q ἐφειλκύσατο Q 18 τῷ: τὸ M (et ὄνομα τί), corr M² 21 καὶ om Q 22 τῷ et ὀνόματι Q τις post ὑποδ. coll P 23-24 δεικνύει SKNOP δεικνύειν A δεικνοίη E 25 ὑμῖν A incertum S

ἀνθρωπίνῳ χαρακτῆρι μεμορφωμένον περιθεὶς τῷ πιθήκῳ. οὔτε γὰρ τὸν Χριστὸν ἔστι μὴ δικαιοσύνην εἶναι καὶ καθαρότητα καὶ ἀλήθειαν καὶ κακοῦ παντὸς ἀλλοτρίωσιν, οὔτε Χριστιανὸν ἔστιν εἶναι (τόν γε ἀληθῶς Χριστιανόν) μὴ κἀκείνων τῶν ὀνομάτων τὴν κοινωνίαν ἐν ἑαυτῷ δεικνύοντα. οὐκοῦν ὡς ἄν τις ὅρῳ τοῦ χριστιανισμοῦ τὴν διάνοιαν ἑρμηνεύσειεν, οὕτως ἐροῦμεν, ὅτι χριστιανισμός ἐστι τῆς θείας φύσεως μίμησις. καὶ μηδεὶς ὡς ὑπέρογκον καὶ ὑπερβαίνοντα τὴν τῆς φύσεως ἡμῶν ταπεινότητα διαβαλλέτω τὸν λόγον· οὐ γὰρ ἐξέβη τὴν φύσιν ὁ ὅρος. εἰ γάρ τις τὴν πρώτην κατάστασιν τοῦ ἀνθρώπου λογίσαιτο, εὑρήσει διὰ τῶν γραφικῶν διδαγμάτων, ὅτι οὐκ ἐξῆλθε τὰ μέτρα τῆς φύσεως ἡμῶν ὁ ὅρος. ἥ τε γὰρ πρώτη τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴ κατὰ μίμησιν τῆς τοῦ θεοῦ ὁμοιότητος ἦν, οὕτω τοῦ Μωϋσέως περὶ τοῦ ἀνθρώπου φιλοσοφήσαντος, ἐν οἷς φησιν ὅτι Ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν, καὶ ἡ τοῦ χριστιανισμοῦ ἐπαγγελία ἐστὶ τὸ εἰς τὴν ἀρχαίαν εὐκληρίαν ἐπαναχθῆναι τὸν ἄνθρωπον.

Εἰ δὲ τὸ ἀρχαῖον θεοῦ ὁμοίωμα ὁ ἄνθρωπος ἦν, τάχα οὐκ ἔξω τοῦ σκοποῦ τὸν ὁρισμὸν πεποίημεθα μίμησιν θείας φύσεως τὸν χριστιανισμὸν εἶναι ἀποφηνάμενοι.
245 M. ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις τῆς προσηγορίας οὕτω μεγάλη. καιρὸς δ' ἂν εἴη διασκοπῆσαι, εἰ τὸ μὴ οὕτως ἔχειν κατὰ

6-8 cf. Plat. *Theaet.* 176b, *Resp.* 613b 16 Gen 1, 27

ASEQMKNOP 1 μεταμορφούμενον A μεμορφούμενον S 2 καὶ post μὴ add Q 3 ἀλήθειαν καὶ om E post κακοῦ lac circa quindecim litt N παντὸς κακοῦ M 4 γε: τε A 5 ἐν ἑαυτῷ τὴν κοινωνίαν MQ propter numerum clausulae correctum, an verum? 6 ὅρος N 8-9 ὑπέρογκον καὶ om AS 10 διαλαμβανέτω Q λόγον scripsi cum M: ὅρον cet v quod propter ὅρος intrusum videtur cf. 131,8 11 τοῦ ἀνθρώπου κατάστασιν M male propter numerum quem in clausula desideres 12 ἐξελήλυθε Q 14-15 τοῦ θεοῦ ὁμοιότ.: θεότητος Q 20 δὲ: δὴ AE ὁ om M 22 χριστιανισμὸν: ὁρισμὸν S 23 ὑπόθεσις E 24 διασκοπήσασθαι MQ τὸ: τῷ M

τὸν βίον ἀκίνδυνόν ἐστι τῷ προβαλλομένῳ τὸ ὄνομα. γένοιτο δ' ἂν ἐξ ὑποδειγμάτων σαφὲς τὸ ζητούμενον· ὑποκείσθω τις γραφικὴν ἐπαγγελλόμενος τέχνην, γενέσθω δὲ τούτῳ πρόσταγμα τοῦ κρατοῦντος τοῖς πόρρωθεν ἀπῳκισμένοις χαράξαι τὴν τῆς βασιλείας μορφήν. εἰ τοίνυν εἰδεχθές τι καὶ δύσμορφον εἶδος ἐπὶ τοῦ πίνακος διαχαράξας εἰκόνα βασιλέως τὴν ἀσχήμονα ταύτην γραφὴν ὀνομάσειεν, ἆρ' οὐκ εἰκὸς ἀγανακτῆσαι τὴν ἐξουσίαν, ὡς τοῦ ἀρχετύπου κάλλους διὰ τῆς κακῆς ἐκείνης γραφῆς ἐν τοῖς ἀγνοοῦσιν ὑβριζομένου; οἷον γὰρ ἐπὶ τῆς εἰκόνος τὸ εἶδος δείκνυται, τοιαύτην ἀνάγκη καὶ τὴν ἀρχέτυπον νομισθῆναι μορφήν. εἰ οὖν θεοῦ μίμησιν τὸν χριστιανισμὸν ὁ ὅρος φησίν, ὁ μήπω δεξάμενος τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον, οἷον ἂν ἐν ἡμῖν ἴδῃ τὸν βίον τὸν κατὰ μίμησιν θεοῦ κατορθοῦσθαι πεπιστευμένον, τοιοῦτον ἡμῶν καὶ τὸ θεῖον οἰήσεται. ὥστε εἰ μὲν παντὸς ἀγαθοῦ ὑποδείγματα βλέποι, ἀγαθὸν τὸ θεῖον εἶναι πιστεύσει τὸ παρ' ἡμῶν σεβαζόμενον· εἰ δέ τις ἐμπαθὴς εἴη καὶ θηριώδης, ἄλλοτε πρὸς ἄλλα πάθη μεταμορφούμενος καὶ πολλὰς ὑποδυόμενος θηρίων ἐν τῷ ἤθει μορφὰς (θηρία γὰρ ἄντικρυς ἔστιν ἰδεῖν ταῖς τῆς φύσεως ἡμῶν παρατροπαῖς ἐμμορφούμενα), ἔπειτα Χριστιανὸν ἑαυτὸν ὁ τοιοῦτος ὀνομάζοι, φανεροῦ πᾶσιν ὄντος, ὅτι ἡ ὑπόσχεσις τοῦ ὀνόματος μίμησιν θεοῦ ἐπαγγέλλεται, ψεκτὸν ἐν τῷ ἰδίῳ βίῳ τὸ πεπιστευμένον παρ' ἡμῶν θεῖον ἐν τοῖς ἀπίστοις ποιήσει. διὸ καὶ ἀπειλήν τινα φοβερωτέραν ἡ γραφὴ τοῖς τοιούτοις ἐπαγγέλλεται λέγουσα· Οὐαὶ δι' οὓς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. καί μοι δοκεῖ πρὸς ταύτην μάλιστα τὴν διάνοιαν ὁδηγῶν ἡμᾶς ὁ κύριος τοῦτο

19 sq. cf. Plat. *Resp.* 588b sq. 25 Is 52, 5

ASEQMKNOP 1 τὸ ὄνομα om AS 3 τὴν post τις add AM, om cet v γραφὴν AS 4 τοῦτο ANP πόρρω που in marg M² 7 γραφὴν ASMQ: μορφὴν cet v 9 γραφῆς ἐκείνης E 13 μηδέπω M 14 ἐν om v 16 ἀγαθοῦ O in marg ἀπαθοῦς 17 πιστεύοι M 18-19 μεμορφωμένος (ω ex ου corr) Ov καὶ πολλὰς ὑποδυόμενος om v 21 τοιοῦτος ἑαυτὸν M 22 ὀνομάζων M ὄντος πᾶσιν E

πρὸς τοὺς ἀκοῦσαι δυναμένους εἰπεῖν ὅτι Γίνεσθε τέλειοι, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν. ὁ γὰρ πατέρα τῶν πεπιστευκότων τὸν ἀληθινὸν ὀνομάσας πατέρα βούλεται πρὸς τὴν ἐν ἐκείνῳ θεωρουμένην τῶν ἀγαθῶν τελειότητα καὶ τοὺς δι' αὐτοῦ γεννηθέντας ὁμοίως ἔχειν. ἐρεῖς οὖν μοι· καὶ πῶς ἂν γένοιτο ἀνθρωπίνην ταπεινότητα πρὸς τὴν ἐν τῷ θεῷ καθορωμένην μακαριότητα ἐπεκτείνεσθαι, ὡς αὐτόθεν ἐν τῷ προστάγματι τῆς ἀμηχανίας προφαινομένης; πῶς γὰρ ἂν γένοιτο δυνατὸν πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς ὁμοιωθῆναι τὸν γήϊνον, αὐτῆς τῆς κατὰ τὴν φύσιν διαφορᾶς δεικνυούσης τὸ ἀνέφικτον τῆς μιμήσεως; ἐπ' ἴσης γὰρ εἶναι ἀμήχανον τῷ τε οὐρανίῳ μεγέθει καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ κάλλεσι τὴν ὄψιν παρισάζεσθαι καὶ τὸν ἐκ γῆς ἄνθρωπον τῷ οὐρανίῳ ὁμοιοῦσθαι θεῷ. ἀλλὰ σαφὴς ὁ περὶ τούτου λόγος, ὅτι οὐ τῇ φύσει τὴν φύσιν, τὴν ἀνθρωπίνην λέγω τῇ θείᾳ, συγκρίνεσθαι κελεύει τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλὰ τὰς ἀγαθὰς ἐνεργείας, καθὼς ἂν ᾖ δυνατόν, μιμεῖσθαι τῷ βίῳ. τίνες οὖν εἰσιν αἱ παρ' ἡμῶν ἐνέργειαι πρὸς τὰς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας ὁμοίως ἔχουσαι; τὸ πάσης κακίας ἀλλοτριοῦσθαι, καθὼς ἂν ᾖ δυνατὸν, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ καὶ διανοίᾳ τῶν παρ' αὐτῆς μολυσμῶν καθαρεύοντας, τοῦτο μίμησίς ἐστιν ὡς ἀληθῶς τῆς θείας τε καὶ τῆς περὶ τὸν οὐράνιον θεὸν τελειότητος.

248 M. Οὐ γάρ μοι δοκεῖ τὸ στοιχεῖον τοῦ οὐρανοῦ καθάπερ τι κεχωρισμένον ἐνδιαίτημα θεοῦ λέγειν τὸ εὐαγγέλιον, ἐν οἷς προστάσσει τελειοῦσθαι ἡμᾶς κατὰ τὸν ἐπουράνιον πατέρα, διότι τὸ θεῖον κατὰ τὸ ἴσον ἐν πᾶσίν ἐστι καὶ διὰ

1 Matth 5, 45

ASEQMKNOP 2 καὶ om M 7 τῷ om M sscr S 8 ἐν om v 9 πρὸς τὸν: τῶ AS 10 τὴν om E 11 φύσιν: κτίσιν M 12 ἐρεῖ γὰρ ἄν τις ἐπίσης Q 15-16 τὴν ἀνθρωπίνην λέγω τῇ θεία ASEQ (λέγω post θεία coll Q): τῇ θεία post 15 τῇ φύσει coll cet v (om λέγω) 17 μιμήσασθαι M verba μιμεῖσθαι usque ad 20 ᾖ δυνατόν om AS 21 αὐτοῖς N καθαρεύοντα Q 23 θεὸν om Q 25 θεοῦ om Q λέγει A 26 οὐράνιον MQ 27 τὸ θεῖον post πᾶσιν coll MQ

πάσης ὡσαύτως διήκει τῆς κτίσεως καὶ οὐδὲν ἂν χωρισθὲν τοῦ ὄντος ἐν τῷ εἶναι μένοι, ἀλλ' ὁμοτίμως ἑκάστου τῶν ὄντων ἡ θεία φύσις ἐφάπτεται, πάντα τῇ περιεκτικῇ δυνάμει ἐντὸς ἑαυτῆς περιείργουσα· καθάπερ καὶ ὁ προφήτης τοῦτο παιδεύει λέγων, ὅτι κἂν ἐν τῷ οὐρανῷ γένωμαι τῇ διανοίᾳ, κἂν τὰ ὑπόγεια τῷ λογισμῷ καταδυεὶς ἐξετάσω, κἂν ἐπὶ τὰ πέρατα τῶν ὄντων τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς ἐπεκτείνω, πάντα ὁρῶ τῇ δεξιᾷ σου περικρατούμενα. ἔχει δὲ ἡ λέξις τοῦτον τὸν τρόπον· Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, σὺ εἶ ἐκεῖ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου. οὐκοῦν ἐκ τούτων ἔστι μαθεῖν τὸ μὴ ἀφωρίσθαι κατ' ἐξαίρετον τῷ θεῷ τὴν οὐράνιον οἴκησιν. ἀλλ' ἐπειδή γε ἐπίσταται καθαρεύειν κακίας ἡ ἄνω λῆξις, τοῦτο πολλαχῇ τῆς ἁγίας γραφῆς παρασημηναμένης ἡμῖν δι' αἰνίγματος, καὶ τῇ κάτω ταύτῃ τῇ ὑλωδεστέρᾳ ζωῇ τὰ κατὰ κακίαν ἐνεργεῖται πάθη, ὧδε τοῦ εὑρετοῦ τῆς κακίας ὄφεως περὶ τὸν γήϊνον βίον ἰλυσπωμένου καὶ ἕρποντος, καθώς φησιν ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ ἐν αἰνίγματι, ὅτι ἐπὶ τὸ στῆθος καὶ τὴν κοιλίαν πορεύεται καὶ γῆν σιτεῖται διὰ παντός, τοῦτό τε τὸ σχῆμα τῆς κινήσεως ἡμῖν ἑρμηνεύει καὶ τὸ τῆς βρώσεως εἶδος, ὅτι γήϊνος οὗτος καὶ κάτω κείμενος ὁ βίος ἐστίν, ὃς τὴν

9 sq Ps 138, 8 sq 20/21 Gen 3, 14

ASEQMKNOP 2 μένει A ὁμοτίμως: ὅμως S 4 ὁ om v 5 τοῦτο: τὸ τοιοῦτο Q 6 καταδυεὶς τῷ λογισμῷ P 10 ἐκεῖ εἶ SMQP ἐὰν ASEMQ: εἰ cet v ἐὰν στρώσω M ἐὰν καταβῶ in marg M² 11 ἐὰν ASEQM: εἰ cet v ἀναλάβωμαι A 14 ἀφορίζεσθαι A 15 τοῦ θεοῦ M ἐπειδή γε ASEQM: ἐπεί γε cet v 16 τοῦτο post γραφῆς coll K πολλαχῇ post γραφῆς coll AS 17 καὶ om ASMQ 18 τῇ om MO 21 τῷ στήθει K² (ex τὸ στῆθος) N τῇ κοιλίᾳ ex τὴν κοιλίαν corr K² 23 ἡρμήνευσεν M δὲ om EQ 22 τε τὸ AS 24 ὅτι ὁ Q κάτω κείμενος ASQM: κατῳκισμένος cet v ὁ ante βίος add AS om cet v

ἑρπηδόνα τῆς πολυτρόπου κακίας ἐφ' ἑαυτοῦ δέχεται καὶ τροφὴ τοῦ ἐφέρποντος αὐτὸν θηρίου γίνεται· οὐκοῦν ὁ τὸν οὐράνιον μιμεῖσθαι κελεύων πατέρα τῶν γηΐνων παθῶν καθαρεύειν κελεύει, ὧν ἡ ἀπόστασις οὐ διὰ τοπικῆς μεταβάσεως, ἀλλὰ διὰ προαιρέσεως ἐνεργεῖται μόνης. εἰ οὖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς διανοίας ὁρμῇ κατορθοῦσθαι πέφυκεν ἡ τοῦ κακοῦ ἀλλοτρίωσις, οὐδὲν ἐπίπονον ἡμῖν ὁ εὐαγγελικὸς ἐγκελεύεται λόγος. οὐδὲ γὰρ συνέζευκται κόπος τῇ τῆς διανοίας ὁρμῇ, ἀλλ' ἔξεστιν ἡμῖν ἀπραγματεύτως, ὅπουπερ ἂν θέλωμεν, δι' ἐνθυμήσεων παραγίνεσθαι· ὥστε τὴν οὐράνιον διαγωγὴν ῥᾳδίαν εἶναι τῷ βουλομένῳ καὶ ἐπὶ γῆς ἔχειν, καθὼς ὑφηγεῖται τὸ εὐαγγέλιον, ἐν τῷ φρονεῖν τὰ οὐράνια καὶ τοῖς ἐκεῖ θησαυροῖς τὸν τῆς ἀρετῆς πλοῦτον ἐναποτίθεσθαι. Μὴ θησαυρίζετε γάρ φησι θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ θησαυρίζετε θησαυροὺς ἐν οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει οὔτε κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσιν. ἐνδείκνυται δὲ διὰ τούτων τὸ μηδεμίαν τῇ ἄνω ζωῇ φθαρτικὴν τῆς μακαριότητος ἐμπολιτεύεσθαι δύναμιν. ὁ γὰρ ἐπὶ λύμῃ τοῦ τῇδε βίου πολυειδῶς τὴν ποικίλην ἑαυτοῦ κακίαν κατὰ τῆς ἀνθρω-
249 M. πίνης ζωῆς ἐνεργῶν ἤτοι σητὸς τρόπον ταῖς διανοίαις ἐντίκτεται, ἀχρειῶν τὸ μέρος ᾧπερ ἂν ἐμφυῇ διὰ τῆς βρω-

2-3 Matth 5, 48 cf. supra 138, 1 13 cf. Col 3, 2 14 Matth 6, 19 Luc 12, 33

ASEQMKNOP 1 ἁρπεδόνα KN η ex ■ corr K[2]N[2] 3 κελεύων μιμεῖσθαι N 5 μεταστάσεως Q δι' αἱρέσεως KN 6 εἰ: τί M εἰ in marg (del τί) M[2] τῇ ASM (Q legi non potest) om cet v 8 νόμος N sscr λόγος κόπος τις M 9 post ὁρμῇ add δι' οὗ κατορθοῦσθαι πέφυκεν AS, om cet v (cf. 6) 10 θέλωμεν M: ἐθέλοιμεν ASEQ (ut vid) θέλοιμεν cet v ἐνθυμήσεως MKN (Q legi nequit): ἐνθυμήσεων cet v 11 ῥᾴδιον Mv 14 θησαυρίσ... Q 16 ἀφανίζουσιν A 17 διορύσσουσιν οὔτε κλ. ASM[2] δὲ om A 18 εἶναι post μηδεμίαν add KN 19 ἐπὶ πολὺ μὴ τοῦ M ὁ γὰρ ἐν τῷ τῇδε βίῳ M[2] in marg ex coniectura 21 ἤτοι om M ἢ τοῖς A ἢ τοῦ S 22 τίκτεται EKNOP (ras post κ O) ἐντήκεται M ὅπερ AMQKOP ὧπερ O[2] ὧ ex ὅ corr K περ eras ἤτοι ante διὰ add EKNOP

τικῆς τε καὶ ἀφανιστικῆς δυνάμεως, εἰ μὴ ταχέως ἀποτιναχθείη τοῦ μέρους, πρὸς τὰ παρακείμενα μεθέρπων, καὶ διαφθορᾶς ἴχνος, οἷς ἂν ἐμπελάσῃ, διὰ τῆς κινήσεως ἐνσημαίνεται· ἢ εἴπερ τὰ ἐντὸς ἀσφαλῶς ἔχοι, διὰ τῶν ἔξωθεν περιστάσεων ἐπιβουλεύει. ἢ γὰρ δι' ἡδονῆς τὸν θησαυρὸν τῆς καρδίας ἐτοιχωρύχησεν ἢ δι' ἑτέρου πάθους κενὸν τῆς ἀρετῆς τὸ τῆς ψυχῆς δοχεῖον ἐποίησε, θυμῷ ἢ λύπῃ ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ πάθει τὸν λογισμὸν ὑποκλέψας. ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς ἄνω θησαυροῖς· οὔτε σῆτά φησιν οὔτε βρῶσιν ὁ κύριος γίνεσθαι οὔτε τὴν ἀπὸ τῆς κλεπτικῆς κακίαν διδάσκουσαν ταῦτα, ἅπερ ὑπενοήσαμεν, ἐκεῖ μεταθετέον τὴν ἐμπορίαν, [ἐν] ᾗ τὸ θησαυρισθὲν οὐ μόνον ἄσυλόν τε καὶ ἀμείωτον εἰς ἀεὶ διαμένει, ἀλλὰ καὶ σπερμάτων δίκην ἐπὶ τὸ πολλαπλάσιον κατεργάζεται τὴν ἐπαύξησιν. χρὴ γὰρ πάντως τῇ φύσει τοῦ τὴν παραθήκην δεχομένου μεγαλύνεσθαι τὴν ἀντίδοσιν. ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς κατὰ τὴν ἑαυτῶν ἐνεργοῦμεν φύσιν πτωχὰ προσάγοντες διὰ τὸ πεφυκέναι τοιοῦτοι, οὕτως εἰκὸς τὸν ἐν παντὶ πλούσιον ὄντα, ἃ πέφυκεν ἔχειν, ταῦτα τοῖς προδεδωκόσιν ἀντιχαρίζεσθαι. μηδεὶς οὖν ἀθυμείτω τὰ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τοῖς θείοις θησαυροῖς συνεισφέρων, ὡς πρὸς τὸ μέτρον ὧν δέδωκε κομιούμενος, ἀλλ' ἀναμενέτω κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ εἰπόντος ὅτι μεγάλα τῶν μικρῶν ἀντικαταλλάξεται, οὐράνια μὲν τῶν γηΐνων, ἀΐδια δὲ τῶν ὠκυμόρων διαμειβόμενος· ἃ τοιαῦτα τῇ φύσει ἐστίν, ὡς μήτε διανοίᾳ δυνατὸν εἶναι ληφθῆναι μήτε εἰς ἑρμηνείαν λόγου ἐλθεῖν, περὶ ὧν ἡ θεόπνευστος διδάσκει γραφὴ ὅτι

ASEQM(W)KNOP 2 καὶ post μεθέρπων add ASM, om cet v 5 ἢ: ὁ M sed corr in marg (del ὁ) M[2] 10 γίνεσθαι ὁ κύριος M οὔτε τὴν: οὐ τὴν A οὔτε om S 11 διδάσκων διὰ τούτων ὥσπερ ὑπεν. S videlicet ex coniectura 12 ἐν ᾗ τὸ: ἤτοι AS ᾗ τὸ correxi θησαυρισθὲν correxi: θησαυρίσαι libri v δ ἄσυλόν S 15 παρακαταθήκην M[2]v 17 πτωχία A πτωχικὰ S πτωχείαν E 19 ἔχειν: ὄντα E 20 αὐτοῦ N 22 ὧν: δ QN 23-24 ἀντικαταλλάξατε AS ἀνταλλάξεται QM hinc deest M pro quo adhibui W 25 διαμειβόμενοι S τῇ om AS

οὔτε ὁ ὀφθαλμὸς εἶδεν οὔτε οὖς ἤκουσεν οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ταῦτά σοι, ὦ τιμία κεφαλή, οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλλειφθέντων γραμμάτων ἀνεπληρώσαμεν, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα γενησόμενα ἐλλείμματα διὰ τῆς ὑποθέσεως προεξετίσαμεν. σὺ δέ μοι πράττοις ἐν κυρίῳ καταθυμίως. τοῦτο δέ σοι εἴη διὰ παντὸς καταθύμιον, ὃ καὶ τῷ θεῷ κεχαρισμένον ἐστὶ καὶ ἡμῖν καταθύμιον.

1 I Cor 3, 9

ASEQWKNOP 1 ὁ ante ὀφθ. add ASWKOv 2 οὐκ post ἀνθρώπου add A ὁ θεὸς ἡτοίμασεν N θεὸς ἀγαθὰ E 3 τιμία καὶ ἱερὰ κ. cod Barocc 27 ὑπὲρ: περὶ W 5 γενησόμενα W: γινόμενα cet v ἐλλείμματα om S διὰ τῆς ὑποθέσεως om v 6 προεξετίσαμεν codd T et Aug: προσεξετίσαμεν QW προεξητάσαμεν cet v

DE PERFECTIONE

EDIDIT

WERNERUS JAEGER

PRAEFATIO

Liber De perfectione partim eisdem partim aliis codicibus manu scriptis traditus est atque libellus De professione Christiana. mirum est, quod libri tam similes non semper coniuncti fuisse videntur, sed diversa fata habuerunt. hoc factum esse vel eo cognoscis, quod e libris, qui in opusculo De professione Christiana secundam classem constituunt, KNOP, antiquissimus codex Monacensis O (saec. X) librum De perfectione omnino non continet, Venetus K autem (saec. XI), qui eosdem libros Gregorii atque O eodemque ordine praebet, tractatum De perfectione in fine codicis collocat et ex alio fonte addidisse videtur (cf. p. 115). etiam a prima classe codicum (ALSEQ), qui libellum De professione Christiana continent, liber De perfectione partim abest partim olim afuisse videtur. nam deest in A (Veneto 68) et Leidensi L, qui in libris De instituto Christiano et De professione Christiana fontem familiae AS fidelissime exprimunt; in S et E autem quamquam extat, recensionem alterius classis sequitur et ex codice illius stirpis depromptus esse videtur. unus Taurinensis Q (saec. XIV) e prima classe codicum libelli De professione Christiana remanet, qui textum a recensione KNPSE diversum offerat, multique libri recentiores eum sequuntur. sed cave aetati vetustiori alterius memoriae generis (KNPSE) nimium tribuas. nam fragmentum codicis Messanensis saeculi XII felici casu servatum ostendit etiam recensionem a Q traditam ad antiquam redire originem. en habes praeclarum exemplum regulae a criticis nuper stabilitae, qui codices recentiores non semper deteriores esse docuerunt. sic in nostro opusculo recensendo res critica in codice Taurinensi Q maxime posita est,

quamquam et altera textus recensio nonnulla minime spernenda offert. male accidit, quod Taurinensis incendio bibliothecae celebri offuscatus et magna ex parte difficillimus lectu est, quamobrem in recuperanda eius lectione multum operae posui.

Sed iam nos ad ipsos libros manu scriptos describendos et iudicandos accedere oportet.

DE PRIMA RECENSIONE (MQB)

QB Primae classi adnumerandi sunt Taurinensis Q eiusque asseclae. non iterum describam codicem Q Taur. C.I.11 (saec. XIV), de quo iam in praefatione ad librum De professione Christiana accuratius dictum est (p. 100). librum De perfectione ff. 159-164 exhibet. de eius a libris alterius recensionis discrepantia vide exempla infra p. 167 collecta, ubi de mutua utriusque recensionis ratione disputavi. neque de codice Bodleiano Barocciano 27 (saec. XIV), qui hoc opusculum ff. 210-229 continet, vel de ratione, quae inter eum et Taurinensem intercedit, denuo verba faciam, sed lectorem ad p. 106 praefationis libri De professione Christiana refero. ibi Q et B ad eundem fontem revocandos esse multis exemplis allatis demonstravi. itaque non opus est lectiones codicis B in apparatu critico notare, cum Q fontem communem multo accuratius expresserit et lectio codicis B, ubi dissentit, reicienda sit. mirum est, quod B nostrum librum ad Caesarium quendam scriptum esse affirmat, qua de re cf. p. 148, ubi de origine huius versionis quaestionem habebo; nam in aliis quoque libris manu scriptis invenitur.

Ut in libello De professione Christiana sic etiam in hoc libro recensendo nobis praesto sunt duo codices
θ Vindobonenses, theol. gr. 105 (= θ), qui librum De perfectione ff. 64r-84v habet, et theol. gr. 216 (= ρ),
ρ qui eundem ff. 191r-208r continet. ceterum quod iam in praefatione ad librum De professione Christiana

demonstravi, θ ex Q et ρ ex B descriptum esse, id etiam libro De perfectione confirmatur, neque est cur eius rei nova exempla hic afferamus. codex ρ igitur sicut B in apparatu critico non notabitur; at auxilio codicis θ egere nolui, cum Q, eius fons, saepe parum legibilis sit propter incendii vestigia ei inusta et θ talibus locis codicis Taurinensis lectionem saepe integram servarit. nam etsi non infitiandum est scribam codicis θ interdum lapsu calami a Q aberrasse, raro tamen hoc accidit et ex eis locis, quibus utrumque comparare licet, librarium codicis θ plerumque exemplar suum fideliter sequi discimus. quamobrem lectiones codicis θ per totum libellum in mantissa critica una cum Q enotavi. usus sum collatione a H. Brown facta et a J. P. Cooke revisa; ipse quoque tabellas phototypicas multis locis iterum comparavi.

Una cum codicibus supra dictis nonnulli alii libri commemorandi sunt, qui arctiore cognationis vinculo
Vat. 444 cum eis consociati sunt. Vaticanus graecus 444, de quo iam in praefatione antecedentis libelli egi, etiam in hoc opere extat. liber chartaceus est saeculo XIV scriptus, i.e. eodem tempore quo Q et B orti sunt. librum De perfectione ff. 145v-161v praebet. tabellas photographicas, quas bibliotheca Vaticana mihi subministravit, contulerunt H. Brown et post eam J. P. Cooke. textus huius codicis ab eadem memoriae stirpe ortus est atque Q et B eorumque apographa θ et ρ, sed propius ad B accedit; quare in rationem, quae inter B et Vat. 444 intercedit, paulo accuratius inquirendum videtur.

Vaticanus opera quaedam Gregorii Nysseni complectitur neque quicquam aliud olim continuit. nunc in fine codicis nonnulla folia praesidii causa agglutinata videmus, quae ab alia manu scripta et ex alio codice sumpta esse patet. opera Gregorii codex Vaticanus fere eadem eodemque ordine disposita exhibet,

quae in Barocciano B insunt. en tibi propono conspectum librorum, qui in utroque leguntur.

Vat. gr. 444	Bodl. Barocc. 27
—	Quid sit ad imaginem
De beatitudinibus	De beatitudinibus
De oratione dominica	De oratione dominica
De vita Moysis πρὸς Καισάριον μοναχὸν περὶ τελειότητος ἀρετῆς ἐν ᾧ ἱστορεῖται καὶ ὁ τοῦ Μωυσέως βίος	—
Ad Harmonium quid nomen professiove Christiana sibi velit	Ad Harmonium etc.
De perfectione Christiana πρὸς Καισάριον ὁποῖον χρὴ εἶναι χριστιανὸν ἀπόδειξις	De perfectione Christiana πρὸς Καισάριον περὶ τελειότητος καὶ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν χριστιανόν
Oratio catechetica	Oratio catechetica
De mortuis, ἐπιτάφιος	τοῦ αὐτοῦ ἐπιτάφιος
De infantibus qui praemature abripiuntur	De infantibus qui praemature abripiuntur
De anima et resurrectione	—
—	Fragmentum aliquod alius auctoris, quod non ex eodem fonte fluxisse apparet

apparet alterum codicem ex altero descriptum esse non posse, sed utrumque ad eundem fontem redire.

Tractatum De perfectione ad aliquem Caesarium (non Olympium, ut ceteri tradunt codices) scriptum esse codex Baroccianus dicit, idemque in Vat. 444 legimus. sed quod in B intelligere non possumus, id in Vat. facilem habet explicationem. nam ibi praecedit Vita Moysis (interiecto solo libello De professione

Christiana), quae in B omissa est. ea in Vat. dicitur πρὸς Καισάριον μοναχὸν περὶ τελειότητος ἀρετῆς κτλ. quod recte fieri non est negandum, etiamsi haec tituli forma minus usitata est; nam in ultima pagina alterius partis Vitae Moysis, quae 'interpretatio mystica' inscribitur (Migne P.G. 44, 429B), auctor Caesarium appellat hominem, quem usque ad hunc locum sine nomine allocutus est cuique librum suum dedicatum esse voluit. etiam verba περὶ τελειότητος ἀρετῆς bene exprimunt id quod Gregorius in Vita Moysis sibi proposuerat, sed hic titulus confusionis causa fuit, nam eo factum est, ut etiam liber De perfectione ad Olympium scriptus Caesario daretur. idem titulus Vitae Moysis, quem in Vat. et B invenimus, etiam in codice Athoo quodam monasterii 'Εσφιγμένου 49 (saec. X) occurrit, ubi hic liber iisdem verbis designatur quae in Vat. 444 legimus: πρὸς Καισάριον μοναχὸν περὶ τελειότητος ἤτοι ἀρετῆς ἐν ᾧ ἱστορεῖται καὶ ὁ τοῦ Μωυσέως βίος. sed hic codex Athous non ipse est fons communis codicum Vat. et Barocc., cum pauciora Nysseni opera quam hi contineat, sed ex eodem fonte ortus esse videtur, quem ad Athoa monasteria redire iam patet. ordo et delectus operum Gregorii in omnibus libris huius generis idem vel persimilis est, id quod communem eorum originem prodit. codex Ottobonianus gr. 119, de quo iam dicturus sum, eosdem libros continet quos Vaticanus. ipse Taurinensis Q, quamquam multo plura Nysseni opera complectitur quam Vat., Ottob. et B, tamen ea opera, quae cum eis communicat, ex codice quodam, qui hanc collectionem praebebat, prompsisse videtur, ut textu et ordine eorum ostenditur. etiam codex Urbinas 9, de quo vide infra p. 152, libros De professione Christiana, De perfectione, De infantibus praemature abreptis et De anima et resurrectione eodem ordine, quo in Vat. 444 et B collocati sunt, continet eoque hanc partem

operum Gregorii ex eodem fonte se hausisse ostendit; cetera aliunde desumpsit.

Ottob. 119 Codex Ottobonianus gr. 119 chartaceus saeculi XVI continet 'Divi Gregorii Nysseni opera ex graeco manu scripto', ut in fol. a legimus, in quibus sunt Vita Moysis, liber De perfectione (ff. 140r-156r), De professione Christiana et liber In inscriptionem Psalmorum. delectus igitur est paulo diversus ab illo de quo supra dixi; idem in codice Matritensi 3179 (olim Bibl. Palatii 13) chartaceo saec. XVI invenitur, de quo cf. p. 103. codicis Ottoboniani specimine usus sum photographico, quod decem paginas continet, idque satis confirmat textum huius libri cum Q maxime congruere. pauca sunt, quae scriba ipse peccavit. non solum errores codicis Taurinensis eidem sunt, quos in Ottob. reperimus, sed etiam notae marginales in utroque libro consentiunt. igitur Ottob. si non ex Q ipso, at certe e codice ei simillimo derivatus est. quare in re critica exercenda nullus eius est usus.

Textus vulgatus huius operis, qui in libris impressis extat, ex hac memoriae stirpe provenit, ut infra demonstrabo, ubi de editione principe et de ceteris editionibus huius libri agam (p. 170). ad textum vulgatum ex hac librorum manu scriptorum classe proxime accedunt codices nonnulli recentiores, de quibus iam pauca dicturus sum. primus in censum

Par. 588 veniat codex Parisinus graecus 588 bibliothecae quae dicitur nationalis chartaceus ab Andreae Darmarii manu exaratus saeculo XVI, qui ff. 51v-71 tractatum De perfectione continet. antecedit Oratio catechetica magna, sequuntur opuscula De illo Quando sibi subiecerit omnia, In illos qui castigationes aegre ferunt, et commentarius in Cantica Canticorum. librorum ordo ex parte similis recurrit in nonnullis aliis codicibus, velut Taurinensis Q et Ottob. 119, sed tamen hic liber non omnino cum illis coincidit. scriptus videtur Par.

588 circa idem tempus, quo alios libros Parisinos Gregorii Nysseni scripsit Darmarius velut Par. 1003 In Psalmos, 1005 In Cantica, 1006 In Ecclesiasten, 1008 eiusdem homilias, etc. textus ad editiones impressas prope accedit, sed hic illic paulo discrepat a textu codicis, quem editor Parisinus anni 1615 adhibuit, nam ubi omnes codices vel classis primae libri a textu vulgato dissentiunt, Parisinus saepius eos sequitur. textum eius ex codice stirpis Q provenisse ostendunt eae lectiones, quas contra alios cum Q communes habet, ut p. 178, 3 γίνεται pro βούλεται; 178,5 ὄντως; 179, 23 δι' ὅλου; 180, 14 ἐνιείσεις; 180, 23 οὕτως; 182, 2 uterque legit verba τάξις usque ad ἀπαρίθμησις, quae altera classis librorum plane mutavit, 182, 3 ἀρξόμεθα; 183, 5 ὀνόματα pro νοήματα; ibid. τε ante καὶ ἀνωφελές add.; κτῆσιν pro κρίσιν; 184, 1 δείξομεν; 184, 15 εἰρηνεύομεν. specimine codicis facto ipsoque iterum Parisiis inspecto nihil novi ad textum Nysseni recuperandum ex eo disci posse intellexi.

Par. Etiam codex Parisinus graecus 1011 chartaceus
1011 saec. XVI ab eiusdem Andreae Darmarii manu scriptus in hac classe ponendus est. quem ipse Parisiis examinavi, praeterea photographicis tabellis usus sum. continet praeter Vitam Moysis libros De perfectione et De professione Christiana. liber De perfectione extat ff. 216-271. eadem librorum trias continetur in
Aug codice Augustano 241 ordine paulum mutato, nam ibi
241 Vita Moysis reliquos duos sequitur; cf. p. 102. tractatus De perfectione legitur ff. 19v-68v. codice Augustano cum Par. 588 et Par. 1011 diligenter comparato cognoscere mihi visus sum et ipsum Augustanum a Darmario exaratum esse, cuius laboribus bibliotheca Augustana et alios complures codices manu scriptos debet (cf. Vogel-Gardthausen, Schreiber p. 18 sq. qui tamen Augustanum 241 inter Darmarii libros non commemorant). hunc codicem ex eadem

recensione ortum esse atque duos Parisinos 588 et 1011 apparet, nam omnes tres codici Taurinensi Q simillimi sunt. Phototypias contulit H. Brown; ipse rursus comparavi, postquam perspexi codicem Augustanum fontem unicum fuisse textus editionis primae et reliquarum editionum impressarum (qua de re cf. infra p. 170). denique hoc loco mentionem faciamus oportet codicis Matritensis nunc 3179 (olim Bibliothecae Palatii 13), qui ut alii illius collectionis libri a Darmario (incertum quo tempore) scriptus est (cf. Vogel-Gardthausen l.c. p. 24 n. 2). codex Matritensis paulo ampliorem habet librorum Nysseni delectum, ut iam supra dixi (p. 150). collatis duobus speciminibus satis magnis hunc quoque librum eandem recensionem servare quam ceteros, quos descripsi, apparet. ordo librorum in eo idem est qui in codice Ottoboniano 119.

Matr. 3179

Urb. 9

Omnium recentissimus est codex Urbinas graecus 9 chartaceus saec. XVII pro duce Federico de Montefeltro a Graeco quodam exaratus, qui nostrum opus ff. 192r-210r exhibet. Urb. 9 pars est editionis omnium Gregorii operum quae compluribus codicibus (Urb. 9-13) continetur (cf. quae de ea in praefatione ad editionem librorum contra Eunomium disserui vol. II p. lviii). praesto sunt mihi bonae phototypiae totius operis, quas ipse contuli. textum codicis Urbinatis libro ab editore primo adhibito simillimum esse nemo non videt, qui eum vel obiter cum libris impressis comparet; sed liber De perfectione in codice Urbinate non ex codice Augustano derivatus est, ex quo editor primus textum huius operis sumpsit, ut infra ostendam (p. 170). immo et Urbinas et Augustanus ex Taurinensi vel libro ei simillimo fluxit. Urbinatem Taurinensi simillimum esse iam in libris contra Eunomium l.c. demonstraveram, eaque sententia libro De perfectione comprobatur. certe ad verba Gregorii expurganda hic liber prorsus inutilis est.

Mess. 175 Abiectis omnibus his libris recentioribus, cum ad textum quem Taurinensis servavit emendandum nullum auxilium afferant, sed aut ipsi ex eo pendeant aut ex eius fonte descenderint, iam ad codicem Messanensem 175 venio, qui ff. 161r-168v partem libri De perfectione continet. est codex membranaceus saeculi XII, nisi paulo antiquior est, binis columnis veteri more pulcherrime scriptus. ars eius calligraphica est optimae notae et textus, quem praebet, huius recensionis pro librorum antiquorum penuria testis est gravissimus. Taurinensem enim duobus saeculis antecedit. et utinam hunc codicem integrum nacti essemus. sed conservatus est unus tantum quaternio codicis olim praestantissimi et hoc fragmentum solam tertiam partem libri De perfectione complectitur (ab initio usque ad p. 187). contulerunt codicem meum in usum Paulus Troll Berolinensis anno 1912, dum in Sicilia moratur, et Salvator Calderone Messanensis, sed etiam tabellis photographicis mihi uti licuit, quarum ope partem codicis et singulos locos denuo examinavi. M plurimum valet ad hoc totum memoriae genus recte aestimandum. cum enim codex Taurinensis, Vat. 444 et Baroccianus 27 saeculo XIV scripti sint, hoc tempus transcendere non possemus, nisi codicis Messanensis haberemus testimonium. sed is iam nullum relinquit dubium et luce clarius demonstrat textus recensionem in Q servatam et tot recentioribus libris manu scriptis confirmatam repetendam esse ab origine multo antiquiore, quae aetati codicum alterius classis non cedit. itaque lectiones codicis M in apparatu critico notavi. facile videbit is qui legit eas cum Q (vel eius apographo θ) fere consentire. quae res testimonio codicis Q (vel θ) multum auctoritatis addit etiam in ea parte libri De perfectione, quam fragmentum Messanense iam non continet (a p. 187 usque ad finem), ubicumque Q textum

a codicibus SEKNP eorumque sociis plane diversum habet, M cum Q congruit. huius rei nonnulla hic ponam exempla: p. 172, 12 ἐφ' ὃ δεῖ συντεῖναι MQ: ἐφόδιόν σοι πρὸς SEKNP. 174, 7 δεδώρηται MQ, om SEKNP. 174, 21 εἶναι SEKNP, om MQ. 22 ἐπιδειχθῆναι MQ, om SEKNP. 175, 9 τὸν ζῶντά τε καὶ MQ, om SEKNP. 16 ἐκάλεσε MQ: ὠνόμασε SEKNP. 178, 3 γίνεται MQ: βούλεται SEKNP. 178, 7 διανοητικὸν MQ: διακριτικὸν SEKNP. 178, 9 ἀληθῶς MQ: ὄντως SEKNP. 179, 12 ἐνδεικνύμενος MQ: ἐπιδεικνύμενος SEKNP. 180, 16 ἄμικτος MQ: ἀμήχανος SEKNP. 180, 20 ἀντικαθιστάμενος MQ: ἀντικαθήμενος SEKNP. 182, 2 γενέσθω δὲ ἡμῖν τάξις τῶν εἰρημένων ἡ ἀπαρίθμησις MQ: γενέσθω δὲ ἡμῖν ἡ (om E) τάξις (om K, τάξις ἡμῖν coll P) τῆς τῶν ὀνομάτων θεωρίας ἡ ἐν τῇ μνήμῃ τῶν γεγενημένων τάξις SEKNP. 182, 16 παρομαρτούσης MQ: συνεργούσης SEKNP. 183, 2 νεύματος MQ: πνεύματος SEKNP. 183, 21 verba ἐπιδείξομεν usque ad 22 βίῳ om SEKNP. 185, 17 ὀψόμεθα (ὀψώμεθα) MQ: ἑψόμεθα SEKNP. 186, 4 ἡμῶν τὴν MQ, om SEKNP. 186, 8 χριστῷ MQ: κυρίῳ SEKNP. 186, 10 προσάγων MQ: προσαγαγὼν SEKNP. 186, 15 ἑαυτὸν MQ, om SEKNP. 186, 16 τὸ ἑαυτοῦ σῶμα post παραστ. add SEKNP, om MQ. 187, 1 ζώσης MQ, om SEKNP. ibid. καὶ MQ, om SEKNP. 187, 12 ἀφαγνίζοντα MQ: ἀθανατίζοντα SEKNP. sed his locis M a Q dissentit: p. 173, 6 ὑπὸ M: ἀπὸ Qθ. 174, 4 κἂν M: καὶ Qθ. 174, 8 ἡμῖν ἄνωθεν M cum cett: ἄνωθεν ἡμῖν Qθ. 174, 16 συνιέναι M (cum SE): συνεῖναι Qθ. 174, 18 ἐν post ποίαν add M. 175, 8 δοκεῖν εἶναι M. 175, 20 καὶ ante πέτραν add Qθ, om M cum cett. 176, 12 ἐν ἑκάστῳ M: ἑκάστου Qθ; ἐπωνυμιῶν M: ἐπωνύμων Qθ. 177, 9 τοὺς post ὥστε add Qθ, om M. 177, 13 ἡμῶν M: ἡμῖν Qθ. 177, 22 λέγει M cum EKNP et pr S: λέγοι Qθ. 178, 16 τῷ τοῦ χριστιανοῦ M cum cett: τῷ χριστιανῷ Qθ. 179, 5 τὸν M: τὸ Qθ. 179, 7 προσεοικὼς M: προσεοικὸς Qθ.

179, 20 θηριῶδες M: θηριωδῶς Qθ. 182, 3 ἀρξώμεθα M cum cett: ἀρξόμεθα Qθ. 182, 7 τῇ om M cum cett, habet Qθ. 182, 22 λογιζόμεθα M: λογιζώμεθα Qθ. 183, 4 νοήματα M cum cett: ὀνόματα Qθ. 183, 16 κρείττονος M: βελτίονος Qθ et cett. 184, 1 δείξωμεν M cum cett: δείξομεν Qθ. 184, 15 εἰρηνεύωμεν M cum cett: εἰρηνεύομεν Qθ. 185, 17 ὀψόμεθα M solus recte: ὀψώμεθα Qθ. 185, 20 δεσπότης M: om Qθ. 186, 11 τίς om M. 186,13 μανθάνομεν διὰ τούτων M. 186, 19 ἀνακαινώσει M: ἀνακενώσει Qθ. 187, 5 ζῇ om M cum cett: habet Qθ; ἡ M: ἧς Qθ recte. ibid. ἱερουργηθεῖσα M cum cett: ἱερουργηθείσης Qθ recte. 187, 13 λέγεται M: λέγηται Qθ cum cett.

Quae discrepantiae quamquam aliqua ex parte in describendo codice Messanensi ortae esse possunt (sicut ο pro ω, ε pro αι talia), tamen nonnullae ex eis minus probabile reddunt Q ex M derivatum esse posse. immo Q a ramo proprio eiusdem arboris ortus est, qui aliquando erravit, tum etiam unus verum servavit. maximum tamen numerum discrepantiarum suarum a codicum alterius classis multitudine Q cum M communes habet et saepe QM veram lectionem contra libros alterius classis servaverunt.

Codex M e monasterio Sancti Salvatoris quod est in promontorio in bibliothecam universitatis Messanensis pervenit, illud monasterium autem a monachis monasterii Rossanensis, quod in Calabria situm est, non diu post cellam Rusanam conditam fundatum esse constat; cf. quae in *Traditio* V (1947) p. 83 sq. de his rebus disputavi. monachi Rossanenses cum monasterium S. Salvatoris in promontorio Messanensi conderent, fratribus illuc emissis tertiam partem bibliothecae suae dederunt. hi codices a Bartholomaeo conditore monasterii Rossanensis Constantinopoli advecti erant, ut in vita viri sancti memoriae traditum est (cf. *Traditio* V p. 95). imperator Alexis (1081-1118)

et imperatrix Irena ei multos libros manu scriptos dono dederant, ne novum monasterium in Calabrorum deserto conditum libris careret, et puto codicem M in eorum fuisse numero. hoc si verum est, indicium nanciscimur haud spernendum ad memoriam huius recensionis longius persequendam, nam sicut eum ramum huius classis, qui codicibus Vat. 444 et Barocc. 27 continetur, supra ex monasterio Athoo repetivimus, ita iam alterum eiusdem stripis ramum, qui in M extat, ad Constantinopolim referre licebit.

Vat. 2090 Hic etiam codex Vaticanus graecus 2090 membranaceus foliorum 77 saeculi XI-XII suum locum obtinet, qui et ipse ad hoc genus memoriae pertinet. continet Gregorii librum De perfectione ff. 1r-12r, sed initium deest. periit circiter tertia pars opusculi a p. 1 usque ad p. 186, 8 τῷ Χριστῷ κἂν πάσχα. servantur deinceps omnia ab αὐτὸν εἶναι usque ad libri finem. contulit olim Paulus Troll Berolinensis, cuius accurato labore grato animo usus sum. codicem Vaticanum ad eandem textus recensionem redire, quam M et Q exhibent, probatur plurimis locis, quibus contra consensum librorum alterius classis cum M et Q congruit. quorum tantus est numerus, ut exempla afferre vix operae pretium esse videatur, nam plerumque ubi testimonium codicum SEKNP contra ceteros stat, Vaticanus codicem Q sequitur. restat numerus parvus eorum locorum, ubi Vat. cum SEKNP contra Q consentit vel ubi ab utroque codicum genere secedit. hoc raro fit et nescio an lapsu scribae factum sit ut e.g. p. 193, 5 γίνεται om Vat., 193, 11 ἐποικοδομούμενον Vat., 193, 17 τοῦ pro τούτου Vat., 196, 20 τοῦ ἀορ. om Vat., 197, 11 τοῦ πυρὸς in lac om Vat. etc. neque ullas lectiones huius codicis proprias inveni, quae non obvio errore ortae sint. at hic et illic cum secunda classe contra Q et ceteros libros suae stirpis it, velut p. 187, 5 cum SEKNP ἱερουργηθεῖσα scribit, ἱερουργηθείσης

recte Q, qui et praecedenti linea unus recte ἧς pro μὴ vel ἡ praebet, casu fit ut Vat. incipiat paulo ante eum locum, ubi M desinit. itaque hoc loco eius lectionem non solum cum Q, sed etiam cum M comparare possumus et videmus eum cum M contra Q consentire. nam M quoque cum SEKNP falso ἱερουργηθεῖσα scribit et pro ἧς Q (μὴ SEKNP) ἡ legunt M et Vat. hinc concludendum est Vaticanum 2090 ex eodem ramo classis primae ortum esse, a quo M pendet. hoc confirmatur quibusdam locis, ubi M et Vat. vel cum SEKNP contra Q faciunt vel ab utrisque differunt. sic p. 187, 4 οὔτε pro οὐδὲ habent M Vat. 187, 13 λέγεται pro λέγηται M Vat. quod si nobis M et Vat. per maiorem huius libri partem persequi liceret, sine dubio Vaticanum plurimis locis, ubi a Q dissentit, cum M consentire videremus. quod autem is ramus primae classis, qui codd. M et Vat. continetur, quamquam in omnibus fere cum Q congruit, in nonnullis tamen rebus lectiones alterius classis exhibet, hoc minime mirandum est. nam utramque textus recensionem antiquitus stabilitam ad aetatem Byzantinam pervenisse maxime probabile est, lectiones autem alterius generis in libros alterius stirpis hic illic invasisse, quoquo modo id accidit, nihil mirum est. mirandum est potius, quod utraque textus species per tot saecula tam integra remansit. dubitaveris utrum melius sit lectiones codicis Vat. in apparatu critico enotare necne, sed hoc facere supersedi, quia ubicumque cum Q consentit, eo non egemus, et ubi cum altera classe conspirat, cave putes hoc certum melioris lectionis indicium esse. nihil igitur lucramur codice Vat. adhibito.

DE ALTERA RECENSIONE (KNP ET SE)

In libello De professione Christiana edendo duas distinxi recensiones, quarum prima codicibus AS et EQ continetur, altera in KNOP extat. sed ut initio

dixi, in libro De perfectione res aliter se habet. nam etsi eius quoque duae sunt recensiones, quibus libri manu scripti in duas classes dividuntur, ratio tamen, quae inter eos intercedit, in hoc opere diversa est. etenim e codicibus ASEQ, qui in libello De professione Christiana primam classem constituunt, A librum De perfectione omnino non continet, S et E autem eandem textus recensionem exhibent quam KNP (nam O in hoc opere deest) servaverunt, i.e. S et E in hoc opere secundae classi adnumerandi sunt. ita fit, ut ex codicibus, quibus in tractatu De professione Christiana edendo usus sum, unus Taurinensis Q recensionem primae classis exhibeat. de quo quoniam satis dictum videtur, iam ad alterius recensionis libros manu scriptos perventum est.

KNP SZEΛ De codicibus KNP et SE, quibus in apparatu critico utor, quam brevissime agam, cum de eis in praefatione libelli De professione Christiana fusius tractaverim. cum codice S etiam hic Vat. 1433 (= Z) plane congruit, quem ex S descriptum esse ibi ostendi, ideoque in apparatu critico non adhibui. codici E simillimus est Λ, de quo cf. praefationem eiusdem opusculi p. 99. quem hic quoque in apparatu neglexi. ex P (cod. Vat. 445 Ambr. Q 14 sup Pii II 4) descripti sunt Vat. gr. 445 et Ambros. Q 14 sup., quorum uterque hunc librum simul cum libello De professione Christiana tradit (cf. illius praef. p. 122). ex codice E (Vat. 446) haustus est textus huius operis Par. 503 in Parisino gr. 503, ut iam in praefatione ad libellum De professione Christiana p. 99 de illo demonstravi, itaque hoc quoque in libro codice Parisino non egemus.

Mon. 23 His addendus est codex, qui l.c. in censum nondum venit, Monacensis gr. 23 chartaceus saec. XVI a Cornelio quodam Naupliensi, Murmureo, Andreae filio [1],

[1] Frater eius fuisse videtur qui scripsit codicem Monacensem gr. 47 Ioannes Murmures anno 1551 (cf. praefationem ad lib. De inst. Chr. p. 18).

Venetiis agente scriptus (anno 1552). cuius collationem benigne mihi subministravit F. Egermann Monacensis. continet aliquot Gregorii opera inde a fol. 1 usque ad fol. 244, ubi incipiunt Leonis imperatoris orationes novem, quas sequuntur rursus Gregorii Nysseni liber Ad Ablabium et In inscriptiones Psalmorum Andreaeque Caesariensis commentarius in Apocalypsin. sed hi a praecedentibus subscriptione librarii, quae in fine orationum Leonis imperatoris extat, separati sunt. textus libri De perfectione extat ff. 145v-159r, qui cum aliis codicibus huius classis fere ad verbum congruit. quare difficile esset dictu, ex quo libro descriptus sit, nisi per se maxime probabile esset eum ex vetusto codice Veneto K (saec. XI) sumptum esse. hoc eo confirmatur, quod Mon. eandem peculiarem tituli formam praebet, quam in K invenimus: τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ὀλύμπιον ἀσκητήν (om. περὶ τελειότητος καὶ ὁποῖον εἶναι χρὴ τὸν χριστιανόν). uterque in margine addit: ἐπιστολὴ χρήσιμος πάνυ χαρακτηρίζουσα τὸν ὄντως χριστιανόν. quamquam haec etiam in codicibus S et Par. 584 leguntur, tamen unus K ante notam marginalem addit $\overline{\Delta}$ idemque in Mon. 23 extat. numerus $\overline{\Delta}$ ad locum, quem liber De perfectione iam in K obtinet, referri non potest, namque in K nunc post multa alia opera ad finem codicis positus est. est igitur ex alio codice desumptus, in quo ordo diversus erat et liber De perfectione quartum locum tenebat. Monacensem ex K fluxisse etiam eo comprobatur, quod eius scriba opera Gregorii eodem ordine collocavit, quo in K extant. sed non totum codicem K descripsit, immo a Vita Macrinae fol. 63 sq. (cuius initium ut in K, ita in Mon. deest) usque ad codicis finem. opera duo quae iam in Mon. Vitam Macrinae antecedunt (oratio In defunctos et liber De anima et resurrectione) hunc ordinem turbare videntur, sed scriba ea ex K sumpsisse non potest, quia ibi desunt. abieci igitur apographon

recentissimum, cum ipsum eius exemplar in meo apparatu critico extet.

Par. 584 Parisinus graecus 584 membranaceus saeculi XII aliquot opera Nysseni continet, quorum ultimus est liber De perfectione (ff. 141v-158r). delectus est ex ampliore collectione factus. primam partem libri ipse comparavi, collationem totius libri meum in usum solita cura fecit L. Feldman, sodalis seminarii mei. sed codex Par. nihil praeter eas lectiones contribuit, quas ex ceteris huius stirpis libris manu scriptis iam novimus, quibuscum fere congruit. lectiones proprias hic et illic praebet, quae tamen nullius momenti sunt. velut p. 175, 18 καὶ cum N post ψυχῶν add Par., ibid. 19 τῶν cum S ante αἰώνων add, 176, 12 ἐν ἑκάστης cum K, 177, 17 pro χαρίσεται legit χαρίσηται, quod etiam in Matritensi 4857 inveni, 178, 19 ἀκροτηριάζων cum Messanensi scribit pro ἀκρωτ., 179, 23 προσήκοι cum KN et Cantabr. legit, 180, 1 χρόνον pro Χριστὸν est lapsus calami, 182, 4 μὲν πρῶτον cum KN Cant., 185, 6 καὶ pro κἂν cum KNP, ibid. 7 τὸ pro τῷ cum K, 187,15 λαμβάνωμεν cum KNP, 193, 12 ἐφαρμόσασα cum KN, 196, 21 ἐκπτυόμενον cum K, 197, 5 ὑπὸ pro ὑπὲρ cum KE, 199, 1 δοκεῖ pro δεῖ cum K, 199, 19 δέον cum KN Cant., 204, 8 τῶν ante ὑπὸ om KN et Par., 206, 11 ὄντες ante διὰ add KN et Par., 207, 16 βδελλυρίας cum KP, 208, 5 ἔχει KNS ἔχῃ P Cant. Par., 208, 14 τὸ pro τε KNP et Par., 209, 6 ἐπιστῆμον pro ἐπίσημον cum Cant., corr Par. alt man, 210, 13 καὶ ante λόγου om cum KN, 214, 6 in fine πρὸς Ὀλύμπιον ἀσκητήν cum K Cant. add Par. notandum quoque in Parisino bis ὅρα legi in margine eodem loco ubi haec nota legitur in N vel in KN p. 205, 22 et 210, 5. etiam tituli formam singularem cum K communem habet: ἐπιστολὴ χρήσιμος πάνυ κτλ.

Codex Par. igitur cognatus est codicum KN et Cantabrigiensis, de quo mox dicturus sum, quibuscum nonnumquam a reliquis libris secundae classis secedit.

sed hae variae lectiones nihil utilitatis afferunt; ceterum innumerabilibus locis Par. cum tota turba codicum huius generis in veris falsisque consentit et paucissimae sunt eius discrepantiae, ut locis ante citatis ostenditur. Par., Cant. et KN ex communi fonte fluxerunt. itaque Par. in apparatu dimisi, cum ad hanc speciem memoriae repraesentandam nihil eo opus sit.

Cant. B. 9.1 Iam de codice Cantabrigiensi B. 9.1 dicendum est, membranaceo saeculo XI-XII nitide binis columnis scripto. continet librum De perfectione ff. 186v-196r. praecedunt alia Gregorii scripta: De beatitudinibus, De oratione dominica, De virginitate, Oratio catechetica et Apologia in Hexaemeron; sequitur liber Quid sit Ad imaginem, sed sub Anastasii Sinaitae nomine (vide de hoc codice praefationem libri De virginitate h. vol. p. 223). initium libri De perfectione deest usque ad p. 180, 6. in huius libri fine extant verba πρὸς Ὀλύμπιον ἀσκητήν, quae etiam in K et Par. 584 legimus. textus quem codex Cantabrigiensis exhibet eadem recensio est quae codicibus SEKNP eorumque asseclis continetur. sed habet nonnullas lectiones proprias velut p. 179, 23 προσήκοι scribit cum KN et Par. 584, 180, 4 βλέπειν cum Messan., 182, 4 μὲν πρῶτον cum KN Par., 182, 15 αὐτῆς pro αὐτῶν, 183, 21 ἐπιδείξομεν—22 βίῳ om cum SEKNP Par., 184, 7 ἐκεῖνο, 184, 19 εἰρηνεύοντες, 185, 16 λυτρωσάμενον, 186, 2 νόμος om cum KN Par., 186, 10 τῷ θεῷ om, 187, 3 δεχθῆναι cum NP Par. aliisque, 188,15 ὁρώμενον pro νοούμενον, ἀξίως om cum SE, 192,5 ἑαυτὸ, ibid. 7 παρασημήνασθαι, ibid. 12 εὐαγγελίου, 14 εἴη ἤ, 15 ὠφελήσει om, 194, 1 σπάρτου ἐναποτεθῆι, 4 τὸν χριστὸν om, 9 εὐλογητὸς om. 196, 20 μάχαιραι cum SEK, 199, 19 δέον cum KN, 23 καθηγήσηται cum NP etc. apparet codicem Cantabr. propinquum esse codd. KNP et interdum SE, qui in hoc opere ad unum eundemque fontem redeunt, sed ex nullo eorum de-

scriptus videtur. in plurimis rebus ab iis nihil differt et propriis eius lectionibus, quae paucae sunt, nihil lucramur. quare varias eius lectiones in apparatu critico non notavi, sed haec exempla dare contentus fui.

Vat. 401 Codex Vaticanus graecus 401 chartaceus saeculi XIII, qui iam inter libros Nicolai V extabat (cf. Codices Vat. graec. tom. II p. 101-3), sed olim fuit Theodori Principis patriarchae Antiocheni, qui saeculo XIII floruit (cf. notam margini adscriptam ff. 331v-332), ab initio usque ad fol. 134v opera nonnulla Athanasii continet, sequuntur Gregorii Nysseni opera quinque a fol. 135r-332v (qui est finis codicis). ultimo loco fol. 300 sq. extat Oratio catechetica magna, quam praecedit tractatus De perfectione ff. 287-300. contulit H. Brown et iteratis curis J. P. Cooke. praeterea mihi praesto sunt tabellae totius libri photographicae, quas in re dubia saepius inspexi. sed codicem non admisi in apparatum criticum huius operis, cum eandem textus recensionem, quae in KNP et SE extat, fere sequatur, itaque in apparatu meo, ubicumque sigla SEKNP apparent, Vat. 401 animo supplere licet. at quamquam in plerisque cum his omnibus congruit, tamen saepius ab illis dissentit. pleraeque huius generis lectiones ei cum nullo alio codice communes sunt et facile videmus eas corruptione ortas nulliusque pretii esse. in paucis cum Ambr. Q 14 sup. vel P contra ceteros consentit vel cum uno vel altero ex reliquis. affero nonnullas lectiones, quas solut Vat. 401 praebet: p. 173, 1 πρέπει, 4 μὲν om, 6 παρὰ pro ὑπὸ, 14 σοι post ἀρχὴν add, 174, 3 τύχοι, 176, 15 ἡμῖν om, 177, 13 ἐφ' ἡμῶν om, 178, 3 ὅπερ τὸ νόημα, ibid. βούλεται χρὴ, 179, 5 εἴπῃ, 8 ἀληθῶς ἢ ante ὁ add, 180, 4 ἐστιν om, 180, 10 ἐχόμενος: μετέχων, 11 ἐφιεὶς, 22 παντὸς, 181, 22 φωνῆς om, 183,6 πιστεύειν: γινώσκειν, 184,11 προσμαχομένου, 185,11 μανθάνοντες, 22 ζωῆς ἔστω, 186, 14 ἑαυτῷ, 187, 14 διά—τούτων om, 188, 16 ὄντων: πάντων, 17 δὲ

om, 189, 9 μορφῆς: γραφῆς, 23 μηδεμίαν, 190, 1 ποιότης om, 192, 9 σινδόνι, 13 συνειδήσει: σινδόνι, 14 ἀπορρίψαντας, 193, 10 καὶ κατὰ τὴν ψ. hae codicis Vat. 401 a reliquis libris discrepantiae quamvis per se futiles, tamen utiles sunt ad investigandam codicis Ottoboniani cum eo rationem, de quo nunc dicam. at certe propter ea, quae Vat. propria habet, non meret in apparatum criticum recipi, cum nihil novi afferat, quod et verum sit.

Ott. 106 Codex Ottobonianus graecus 106 saeculi XVI chartaceus librum De perfectione ff. 116r-129r continet. praeterea nonnulla alia eiusdem auctoris opera exhibet, de quibus mox breviter agam. diligenter contulit J. P. Cooke ex tabellis lucis ope factis, quas et ipse denuo comparavi. et facile quidem intellexi hunc librum alteram continere recensionem et cum SEKNP aliisque eius propaginis codicibus in plurimis rebus congruere. sed diu me fugit, quod iam pro certo affirmare possum, Ottobonianum ex codice Vaticano 401 ad verbum descriptum esse. Ottob. proprias vix praebet lectiones, sed in eis rebus, quibus Vat. a reliquis libris dissentit, Ottobonianus semper fideliter eum sequitur. sic lectiones, quas p. 162 ut codicis Vat. 401 proprias collegi, cunctas in Ottob. quoque reperimus. etiam libros eosdem Nysseni continet atque Vat., omissis libris De virginitate et In Psalmos, et idem est eorum ordo. uterque Orationem catecheticam, quae in utroque post librum De perfectione posita est, πρὸς Ὀλύμπιον ἀσκητήν scriptam esse falso tradit. hoc eo factum videtur, quod in quibusdam codicibus in fine libri De perfectione additum est πρὸς Ὀλύμπιον ἀσκητήν. haec verba eodem loco etiam in exemplari codicis Vat. 401 extitisse et inde cum titulo sequentis operis confusa esse arbitror. Ottobonianus igitur in re critica exercenda nihil valet, ideoque plane excludendus est.

Matr. 4857 Codex Matritensis 4857 (olim Archivio historico nacional 164, 8 cf. Graux-Martin p. 44) chartaceus ab Antonio Calosyna et Michaele Cretensi expensis Martini de Ayala, episcopi Segoviae, annis 1560-62 scriptus, continet Orationem catecheticam ff. 1-44, deinde "epistulam ad Olympium ascetam", i.e. librum De perfectione, ff. 47-59, dialogum De anima et resurrectione qui dicitur Macrinia ff. 59-95 (non ut catalogus indicat Vitam S. Macrinae, cuius fragmentum breve sequitur fol. 95r), Epistolam canonicam ad Letoium ff. 96-102, orationem In defunctos ff. 102-118, denique libros duodecim Contra Eunomium ff. 118-275. de hoc codice et duobus eius librariis in praefatione editionis meae librorum Contra Eunomium (p. l-lii) egi. tabellis photographicis usus sum. textus libri De perfectione idem est atque in SEKNP eorumque cognatis, de quibus supra accuratius dictum est. quare difficile est quem ex his scriba secutus sit diudicare. nonnullis locis, ubi SEKNP dissentiunt, Matr. proxime ad lectionem codicum Par. 584 et Veneti (K) accedit, velut 176, 12 ἐν ἑκάστης scribit cum his duobus, 177, 17 χαρίσηται legit cum uno Parisino, at ibid. 178, 1 ὡς pro ᾧ cum KN Par.; 210, 13 καὶ om cum KN Par., et 178, 5 ὄντος pro ὄντως cum solo Veneto K. ex nonnullis corruptelis apparet librarium alio dictante scripsisse, et ex notis marginalibus videmus eum variis lectionibus usum esse, quas ex alio libro desumpsit. nihil igitur obstat, quominus lectionem μακαριότητος pro μεγαλειότητος, quod p. 176, 16 legitur in KN Par., ex alio codice hauserit. fol. 48v γρ ὅπερ in margine scripsit, quamquam idem in textu legitur, quod scribae neglegentia factum est, quem οἷα δ' scribere voluisse apparet, quod in aliis codicibus extat. iam si consideramus codicem Hispanum in concilio Tridentino (ἐν Τρέντῳ) exaratum esse, ut e subscriptione in fine XII libri Contra Eunomium discimus, maxime probabile est

scribam exemplo usum esse ex finitima urbe advecto. et cum patres Tridentini saepe Venetiis libros manu scriptos attulerint, Venetus K fons codicis Matritensis fuisse videtur. postea Martinus de Ayala, episcopus Segoviae, pro quo descriptus erat, secum in Hispaniam abstulit.

DE SECUNDAE RECENSIONIS FONTE

Omnes libri, quos sub nomine secundae classis praecedenti capite congessi, miro consensu in lectionibus rectis falsisque, quas offerunt, communem originem produnt. ac ne tantum quidem inter se differunt, ut in familias more solito dividi possint. E et Λ ex uno libro perdito fluxerunt, qui suis lectionibus et coniecturis hic illic a ceteris libris (SKNP) differebat. ubi E non cum SKNP congruit, hi plerumque errorem 'archetypi' servarunt. KN Par. paucis locis lectionem pravam communem habent. sed plerumque SEKNP in veris et falsis omnino consentiunt. ceteri quoque codices huius generis, quos supra descripsi, sed in apparatu critico non adhibui, eandem lectionem praebere solent. scatet autem haec recensio gravibus erroribus; at si tot codices vetusti eundem textum praebent, apparet cunctos huius stirpis libros ex uno fonte derivatos esse, cuius auctoritate permota scriptoria posteriorum saeculorum hanc libri recensionem alteri quae et ipsa uno exemplari vel paucis codicibus ad eos pervenisse videtur, praetulerunt. hunc secundae classis fontem διόρθωσιν Byzantinam fuisse propter miram memoriae uniformitatem facile intellegimus. nam praeter solitos scribarum recentiorum lapsus variae lectiones in hac classe, ut supra dixi, vix occurrunt. at omnes eius libri eundem textum a prima classe multo diversum praebent. quod vix casu evenisset, nisi fons huius classis codex celeberrimus fuisset haud ita multis saeculis a nostris codicibus saeculi X-XII remotus.

ipsa recensio, quam hic codex longe lateque divulgavit, ab ultimis labentis antiquitatis temporibus repetenda videtur, et propter vetustatem suam maiorem quam merebat apud Byzantinos auctoritatem adepta est. perpaucis eam exemplaribus sive uno libro superstiti usque ad saeculum nonum, quo studia librorum antiquorum denuo efflorescebant, servatam fuisse et re ipsa et exemplis aliorum Gregorii operum satis probatur.

Sed uniformitatem huius recensionis iam pluribus exemplis illustrabo (ad sigla SEKNP adde ceteros huius gregis codices, qui cum his consentiunt). incipiam a loco, qui dubium excludit (p. 184, 8 sq.): ὡς γὰρ ἐκεῖνος τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας τοὺς δύο ἔκτισεν ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, οὕτω καὶ ἡμεῖς εἰς καταλλαγὰς ἀγάγωμεν οὐ μόνον τοὺς . . . ἀλλὰ καὶ τοὺς . . . verba ποιῶν εἰρήνην, οὕτω καὶ ἡμεῖς om SEKNP et omnes reliqui codices eiusdem classis, quo sententiae structura foede dirumpitur. servarunt ea verba MQ. haec lacuna mechanicam, ut dicunt, causam habuisse debet, sed non homoeoteleuto explicari potest. immo apparet lacunam omissa una linea in codice perdito, qui fons huius memoriae stirpis fuit, ortam esse. fuit igitur codex ille perditus more Byzantino noni vel decimi saeculi binis columnis exaratus, quas codex P et Cant. etiamnunc conservant. nam verba omissa longius spatium quam unius columnae lineam non explent. columnae igitur archetypi secundae classis non amplius 24-25 litterarum spatium in latitudinem complebant. ex hoc antiquo exemplari omnes libri, quae secundam recensionem continent, emanarunt.

Hanc archetypi secundae classis reconstructionem si quis paulo audaciorem esse suspicatur, en aliud exemplum tibi afferam, quo res plane comprobatur. p. 198, 13 sq. oratio graviter turbata est. post μέλη sic pergunt SKP: καὶ εἴπερ κεφαλὴν εἶναι ὑποτιθέμεθα

τὴν οἱονεὶ καθαρότητα τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας, καθαρὰ πάντως κτλ. sic etiam E legit, qui tamen nonnulla mutavit, ut facere solet, ubi textus huius recensionis intellegi non potest. is scribit πρὸς τὴν κεφαλὴν ὑποτιθέμεθα κτλ., omissis καὶ εἴπερ, εἶναι et τὴν ante οἱονεὶ. (codex N hic magnam lacunam habet, in qua tota pagina interiit.) at Qθ sic legunt: οἷον εἰ καθαρὰν τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας τὴν κεφαλὴν εἶναι ὑποτιθέμεθα, καθαρὰ πάντως κτλ. lectio codicis Q unice vera est (nisi quod καθαρότητα pro καθαρὰν cum SKP scribendum est), sed ne alterius quidem classis librorum memoria tam corrupta est, quam primo obtutu videtur. nam olim tantum ordo verborum in fonte archetypi mutatus erat, ut solet fieri in SEKNP. sed in scribendo archetypo gravis confusio orta est, cum verba κεφαλὴν εἶναι ὑποτιθέμεθα, quae inter τὴν et οἱονεὶ collocari oportebat, scribae neglegentia omissa essent. quae in margine vel inter lineas a correctore suppleta in archetypo falso loco in textu reposita sunt, ita ut iam sententia omni sensu careat. sed comparata sana lectione codicis Q error facile corrigitur. apparet properantem scribam archetypi librorum SEKNP oculis unam lineam transsiluisse, idque eo confirmatur, quod litterarum, quae in lacuna interciderunt, numerus est viginti tres. nam cum numerus litterarum unius lineae, quae p. 184, 11 sq. in eodem archetypo omissa erat, viginti quattuor sit, iam luce clarius est hanc singularum linearum fuisse longitudinem in codice illo antiquissimo. item p. 205,22 verba a SEKNP omissa κατὰ τὸν προφητικὸν usque ad μήτρας 50 litteras, i.e. duas archetypi lineas, explent.

Iam ex his exemplis concludendum est omnes libros manu scriptos, qui ad secundam classem pertinent, ex uno quasi archetypo emanasse. quam diversitatem memoriae nostrae nunc pluribus exemplis appositis illustrare conabor. p. 173, 2 τελειωθείη MQθ: τελειωθῇ falso SEKNP. 7-8 τῶν ἀγαθῶν ἡ MQθ: ἡ τῶν

ἀγαθῶν falso SKNP (τῶν ἀγαθῶν ἦν ἡ coniecturam tentans E). 12 ἐφ' ὃ δεῖ συντεῖναι MQθ: ἐφόδιον σοι πρὸς SEKNP. 174,5 γνώριμον MQθ: γνώρισμα falso SEKNP. 5 ἔχῃ v ἔχει M εὔχῃ θ (Q legi nequit): ἔχων SEKNP. 7 δεδώρηται MQθ: om SEKNP. 21 εἶναι post ἡμᾶς add SEKNP et 22 ἐπιδειχθῆναι om. 175, 9 τὸν ζῶντά τε καὶ MQθ, om SEKNP. 16 ἐκάλεσε MQθ: ὠνόμασε SEKNP. 177, 13 verba ἀλλ' ἐκ usque ad 14 ἔχειν om SEKNP. 17 χαρίσαιτο MQθ: χαρίσεται SEKNP falso. 178,1 ᾧ ἐπέβαλεν ἡ τέχνη τὸ εἶδος πρὸς τὸ δοκοῦν σχηματίσασα MQθ: ἡ τέχνη τὸ εἶδος om SEKNP ἐνσχηματίσασα SKNP ἐν om E. 7 διανοητικὸν MQθ: διακριτικὸν ex itacismo ortum SEKNP et ceteri huius classis libri. 180, 20 ἀντικαθιστάμενος MQθ: ἀντικαθήμενος SEKNP. 181, 21 ὀνόματα MQθ: νοήματα falso SEKNP. 182,2 γενέσθω δὲ ἡμῖν τάξις τῶν εἰρημένων ἡ ἀπαρίθμησις MQθ: γινέσθω (γενέσθω E) δὲ ἡμῖν ἡ (om E) τάξις (om K, τάξις ἡμῖν P) τῆς τῶν ὀνομάτων θεωρίας ἡ ἐν τῇ μνήμῃ τῶν γεγενημένων τάξις SEKNP altera est recensio. 182,8 αἰσθητικῆς MQθ: αἰσθητῆς SEKNP falso. 16 παρομαρτούσης MQθ: συνεργούσης SEKNP. 183,2 νεύματος MQθ: πνεύματος SEKNP falso. 5 κτῆσιν MQθ: κρίσιν SEKNP. 21 verba ἐπιδείξομεν usque ad 22 βίῳ om SEKNP (quibus omissis 22 ἐπιδειξόμεθα scribit S ex coniectura). 184, 4 πονηρὰν ἀνάστασιν τῆς καλῶς ἀποθανούσης (scil ἔχθρας) κατεργασάμενοι MQθ, ubi τοῖς καλῶς ἀποθανοῦσι falso legunt SEKNP. 185,17 ὀψόμεθα M recte, ὀψώμεθα Qθ: ἑψόμεθα SEKNP proclivi errore. 186, 4 μεθαρμοσθῆναι ἡμῶν τὴν πολιτείαν MQθ: ἡμῶν τὴν om SEKNP falso. 15 τὸ ἑαυτοῦ σῶμα post παραστ. add SEKNP alt rec. 187, 1 ζώσης τῆς σαρκὸς MQθ, ζώσης om SEKNP, idem om 1 καὶ et 5 ζῇ, idem 5 ἱερουργηθεῖσα pro ἱερουργηθείσης legunt et pro ἧς praebent μή, unus Q constructionem sententiae integram servavit, cum M hoc loco ex libro alterius classis correctus sit. 8 κατορθωθήσεται MQθ: κατορθώσῃ SKNP κατορθῶσαι E. 12

ἀφαγνίζοντα MQθ: ἀθανατίζοντα SEKNP. 22 δι' ἐναυσμάτων θ (et ut vid Q qui vix legi potest): διανοημάτων falso SEKNP. 188, 21 συμφυὲς MQθ: συναφὲς SEKNP. 194, 1 τῇ τῶν ἀρετῶν σπάρτῳ Qθ: διὰ τῆς σπάρτου (om τῇ τῶν ἀρετῶν) SEKNP. 195,2 orationis structura male intellecta multa turbavit fons codicum SEKNP, qua de re cf. app crit ad loc. 2 post ἀοράτου verba τουτέστιν ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις καθῆκεν ἑαυτόν, ἵνα ἡμεῖς ἐν τοῖς τῆς θεότητος μέτροις φθάσωμεν· τοῦτο γὰρ ἡ πραγματεία τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ addunt SEKNP, om Qθ. est nota marginalis scribae Byzantini quae in textum irrepsit (cf. usum vulgarem praepositionis ἐν, quae bis pro εἰς cum accusativo admittitur). 202, 18 τῆς κτίσεως om SEKNP. 204, 3-4 αὐτὸς et ἐστιν om et ὁ γὰρ ἀνοίξας scribunt SEKNP, alt rec. 18-19 verba τὸ ἀνθρώπινον ἐκεῖνο συνάπτει μόνον om SEKNP. 205,13 ἐντὸς Qθ: αὐτὸς SEKNP. 22 verba κατὰ τὸν προφητικὸν usque ad 23 μήτρας om SEKNP. 205, 20 ἀποκηρύκτων Qθ: αὐτοῦ κηρύκων SEKNP. 206, 12 ἀφθαρσίας Qθ: ἀληθείας SEKNP. 209, 5 ῥίψασπις om SEKNP. 210, 13 ante καλῶς add ἢ ποιῆσαι ἢ διανοηθῆναι ἢ φθέγξασθαι προηγεῖσθαι SEKNP, alt rec, cf. ad loc.

Ω *Codex Escorialensis* Ω *III 14 membranaceus saec. XII*, ff. 219v-247v, quem siglo Ω distinxi, etsi multos errores orthographicos habet ac saepe neglegentia peccavit, tamen utilissimus est. vetustus est codex et antiquum ramum memoriae repraesentat. quandocumque alii codices deficiunt, Ω adiuvat. opus non in capita divisum est, quod inscriptionibus omnino caret. prooemium (247, 1 ῾Ο usque ad 249, 15 ἀγνοήσουσιν) et index capitum desunt. initium capitis I (251, 14 Τὸ usque ad 252, 11 οἰκειουμένους) fere paraphrasis est (item MSZ): Πολλοῖς μὲν ἤδη γέγονεν ἡ παρθενία τῶν πρὸς ἐπίδειξιν λόγων ὑπόθεσις, μυρίας παρεχομένη τοῖς φιλοτιμοτέροις τὰς ἀφορμὰς τοῦ πανηγυρικῶς ἐμπομπεύειν τῷ λόγῳ καὶ ταῖς προσούσαις τῷ κατορθώματι χάρισιν ἐναβρύνεσθαι. ἐγὼ δὲ σεμνὸν μὲν εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα τοῦτο καὶ τίμιον πᾶσιν, ὅσοις τὸ καλὸν ἐν καθαρότητι κρίνεται, πλέον ἁπάντων τῶν ἐξεχόντων κατ' ἀρετὴν καὶ αὐτὸς οὐκ ἀρνήσομαι, καὶ ὡς ἂν οἷός τε ὦ, καθάπερ οἱ τοὺς στεφανίτας ἐπὶ τῶν σταδίων τῇ ἀναρρήσει λαμπρύνοντες, οὕτω καὶ αὐτὸς τὸ ὑπερέχον τοῦ θαύματος

(SMΩ 2 μυρία Ω 5 εἶναι om S 7 ἐξερχόντων MΩ, corr M[2] 8 οὐ καρνήσωμαι MΩ ὢ MΩ 10 οὔτως MΩ

ἀνακηρύττων οὐ παύσομαι· τὸν δὲ οἰκεῖον ἔπαινον τῆς παρθενίας καὶ μάλιστα πάντων ἁρμόζοντα προσφυῶς συνυπάρχειν τοῖς κατορθοῦσι φημὶ καὶ γνωρίζεσθαι μᾶλλον ἀπ' αὐτῆς τῆς προσηγορίας τῆς συναρμοζομένης τῷ πράγματι. τὴν γὰρ ἀπειρόγαμον ἄφθορον οἶδε προσαγορεύειν ἡ τῶν ἀνθρώπων συνήθεια. δείκνυται οὖν ἡ ὑπερβολὴ τοῦ μεγάλου τούτου χαρίσματος καὶ διὰ τούτου μόνου, ὅτι πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων τῶν δι' ἀρετῆς κατορθουμένων, μόνον ἁπάντων τοῦτο τῇ ἐπωνυμίᾳ τοῦ ἀφθάρτου τετίμηται.

Fine codicis haec verba extant, quae germanitatem codicum Ω et M explicant: 'Ανεκαινίσθη ἡ παροῦσα βίβλος διὰ συνδρομῆς καὶ κόπου καὶ δαπάνης τοῦ ἀδελφοῦ 'Ιγνατίου καὶ ταπεινοῦ μοναχοῦ τῆς μεγίστης μάνδρας τοῦ Σωτῆρος ἀκροτ[ηρίου] Μεσ[σ]ήνης. ἡ γέννησις δὲ αὐτοῦ ὑπῆρχεν ἀπὸ χώρας Καστέλλου, ἔτους ϛψϟγ', ἰνδ. ιγ' ... (cf G. Pasquali, *Epistulae Gregorii Nysseni*, vol. VIII², pp. x-xi: codex Londinensis Musei Britannici Add 36749).

Non soleo in apparatu critico de mendis orthographicis omnibus referre, quibus Ω laborat. saepissime ε pro αι utitur, ι pro ει, ει pro η et vice versa. exempla: αι pro ε: 293, 6 φαινόμαινα; 305, 26 προτιμιταῖος. ε pro αι: 254, 12 ἐξέρετον; 262, 23 ἐξέφνης. ε pro ι: 269, 15 μήκεστον. ει pro η: 284, 4 συνείδεισιν; 292, 6 ζητείσει. ει pro ι: 258, 6 μείσος; 259, 14 φρείττει. η pro ει: 283, 5 ἔλληψιν. η pro ι: 268, 4 μῆσος; 272, 1 μέχρη. ι pro ει: 262,15 χηρία; 263,8 λευχίμονα. ι pro η: 254,8 ἀμίχανον; 276, 6 λίθη. ι pro οι: 263, 19 κατιχομένου; 313, 22 μιχικῶς. ο pro ω et vice versa: 253, 21 χωριζωμένη; 262, 13 μονοθῆ; 267, 22 βιωτεύσει; 271, 10 εἰδώτες.

Est etiam geminatio consonantium vel omissio consonantis: 259, 14 μάλλιστα; 282, 18 βδελλυσσόμενοι; 252, 25 κρείτονα; 259, 24 διαρυέν. praeterea deest aequalitas in praepositione verbis anteposita scri-

12 πάντων ἁρμόζοντα om MΩ 14 ἐπ' MΩ συνονομαζομένης MΩ)

benda: 253, 13 συνκαταλαμβάνεται; 259, 4 ἐνκρατηθῆναι. tertia persona singularis et secunda pluralis iterum atque iterum confusae sunt. vis linguae vulgaris manifesta est; casus accusativus nominis feminini tamquam sit nominativus scribitur, e.g. 290, 22 οὐδεμία μηχανή.

M Comparatio monstrat Ω et codicem Messanensem Univ. 80 membranaceum saec. XII, ff. 233-336, ex eodem fonte derivatos esse. tamen exarati sunt dissimilibus manibus. praeterea manus altera scripsit M ab 265, 9 -δοκώμενος id est inde a media prima columna folii 247 usque ad finem. forma quoque duorum codicum eadem est. Ω paucas correcturas manuum recentiorum exhibet, sed M plures correcturas diorthotae habet. scribae amborum codicum linguae Graecae non bene periti sunt, itaque multi errores, qui nihil excusationis habent, apparent. errores sequentes in ambobus codicibus inveniuntur: παρθενεία, ἀθρῶως, οὕτος, πᾶσην, δραγμήν, χάρην, χωροῦντων, ἔρος, ποδηγηθῆναι bis pro ὁδηγηθῆναι etc. (codex alius Messanensis Univ. 15, ff. 117v-122v, *De Sancto Theodoro* Greg. Nysseni, eiusmodi errores exhibet: ὄψην, οὗτως, τοῦτων, χρήσε etc).

Quattuor ultimae paginae in M (ff. 333-336) mutilae sunt. praeterea, ut supra commemoravi, M magnam acunam circiter quattuor foliorum fine folii 274 habet. evidenter haec folia perdita sunt ante dinumerationem foliorum, quia textus cum folio 275 pergit. titulus quoque operis deest. igitur M nihil offert, quo Ω caret. propterea M reicio.

S *Codex Vaticanus graecus 1907 chartaceus saec. XIII* (*vel XII?*), ff. 4r[b]-14v[b], qui siglo S distinctus est, familiae MΩΛ est. Wernerus Jaeger eum in praefatione ad libros contra Eunomium bene descripsit (Vol. II, p. xxxvii sqq et cf Pasquali, pp. lxiv-lxv). S est codex magni pretii ad textum restituendum,

quare lectiones eius in apparatu critico notavi.

Index capitum et divisio operis in capita inaequales sunt. index ipse xxii inscriptiones capitum continet. inscript cap I om et solus ex CKEPSΩ in inscriptione cap XXII indicis verba ὅτι—ἐγκράτειαν et ὅτι—κακοπάθεια particula καί coniunxit. hic indico etiam discrepantias titulorum et divisionis operis, quae rationem inter S et ΛQμ illustrant. comparatio confirmat S et Λ (ex eo Qμ derivati) fratres esse.

Titulos capitum in opere ipso sine numeris exhibet S. ante inscriptionem cap I addit προτροπὴ νέων ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν παρθενίαν. initium cap I (251, 14-252, 11) paraphrasis vel alt rec est (cf MΩ p. 227). titulum cap V post 276, 21 μιμήσεως exhibet S ut v (at v et P: ἐν σώματι pro σωματικῆς). inscript VI est ἡλιοῦ καὶ ἰωάννου μνήμη (idem ΛQμ). inscript VII: ὅτι τὸν εἰς πολλὰ τὴν ψυχὴν μεριζόμενον τελειωθῆναι οὐ δυνατόν (idem ΛQμv, at τὴν ψυχὴν post τελ. ΛQμv et ἀδύνατον pro οὐ δυνατόν v), quam post 280, 8 εὐθυπορῆσαι coll SΛQμv (cf 284, 18 sqq). titul XI (πῶς ἄν—καλοῦ) post 291, 17 τοιαύτη SΛQμv; sed τοῦ ὄντως καλοῦ: τούτου in SΛQμ est. titul XII (ὅτι—αἰτίας) post 297, 23 ἐστι SΛQμ. inscript ὅτι ἀρχὴ—γάμου ἐστίν (303,1-3 post ἐπενοήθη) om Sv. titul ὅτι—δυναστείας ἐστίν post 304, 14 λαλῆσαι SΛQμv. inscript XV in SΛQμ est: ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτηδεύμασι θεωρεῖται ἡ ἀληθὴς παρθενία. titul XVI, 311, 15-16, lect var: ἴσον ἔχει τὸν κίνδυνον SΛ (τὸν κίνδυνον om Qμ). inscript XVII in SΛQμ legitur: ὅτι ὁμοίως ἀτελὴς εἰς τὸ ἀγαθόν ἐστιν ὁ οἱωδήποτε μέρει κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐλλείπων et post 313, 8 τοιούτων scribitur. titul cap XVIII in SΛQμ est: ὅτι οὐδὲν ὀνίνησι (ὀνήνησι ΛQμ) τὸν μὴ διὰ πάντων τὴν ἀρετὴν ἀσκοῦντα ἕν τι μόνον τῶν ἀγαθῶν κατορθούμενον. SΛQμ incipiunt al cap ante 317, 8 ἀλλά, at τὰς in inscript post ψυχὰς habent. in inscript cap XIX ὡς om SΛQμ. omnes codd et v consentiunt de inscript cap XX, sed SΛQμ

et v post 325, 8 ἀποτολμήσει eam exhibent. SΛQμ cum DPE duas partes inscript cap XXII particula καί coniungunt et omnes post 330, 14 μεταλήψεται ponunt. SΛQμ ultimum caput post 340, 22 προτ. incipiunt, et κατωρθωκότος pro κατορθώσαντος habent. at in indice capitum κατορθώσαντος Q.

Haec collatio demonstrat propinquitatem inter codd SΛQμ et S propinquiorem textui vulgato (v) quam alios codd esse.

Z Codex Vaticanus graecus 1433 chartaceus saec. XIII, ff. 1r-26v, ex S fluxit (cf Jaeger, huius voluminis p. 19 et 98). hic atque illic folia in S ita mutilata vel maculata sunt, ut aliqua loca legi nequeant. Z autem nitidus et non mutilus est, hinc eo uti poteram, ut lacunas in S restituerem. usus sum Z ad hoc solum, sed quod ex S fluxit, in apparatu critico praetermitto.

α Codex Ottobonianus graecus 146 chartaceus saec. XVII, fol. 139 sqq, quamquam corruptus, ex SZ derivatus videtur. exempla speciminis sunt: 247, 8 παντί; 248, 10 τοῦ ἐπιθυμεῖν, 12 ἀκόλουθον ἐφάνη; textus 251, 14 usque ad 252, 11 paraphrasis est ut in SZ. brevis titulus insolitus est: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσης προοίμιον περὶ παρθενίας. differt ab Ω uno verbo, quod προοίμιον pro λόγος habet (cf titulum in S).

Λ Codex Londinensis Musei Britannici Old Royal 16 D.I. membranaceus saec. XII, ff. 310r-327r, quem siglo Λ distinxi, mutilus est. prooemium, index capitum et capita i-v desunt. etiam titulo caret, sed περὶ παρθενίας κεφάλαια scripsit manus secunda. divisio operis in capita est plus aut minus eadem quae in cod S. consentit cum S de inscriptionibus capitum VI, VII (praeter τὴν ψυχὴν post τελ. ΛQμ et v), quas ceteri codd non habent, X, XI, XII (sed ἐκκαθήρας ΛQμ), XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, XX, XXI, XXII, XXIII. lectiones variae in titulis capitum sunt:

VIII (= IX in ΛQμ): τῶν—μεριζομένων; IX (= X in ΛQμ): ἀμετάθετον pro δυσμετάθετον; post 300, 18 σοφίας verba ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν quasi inscript nov cap exhibent ΛQμ. ΛQμ partem titul cap XXIII et post 333, 10 εὐκολίαν iterant (cf v), sed τὴν ante τελείωσιν add et τοῦ σώματος om.

Λ est fons ex quo derivati sunt Q (capita vi-xxiii) et μ, qui plurimos errores eius exhibent. aliquae lectiones eorum communes sunt: 283, 1-2 ἐπιλαβὼν; 286, 4 εἰ pro εἰς; 293, 21 ἀνθρώπου pro οὐρανοῦ; 300, 3 ἀπεκδυσάμενον; 307, 17 σίδηρον; 312, 9 ὥραν pro χώραν; 318, 13 ἐ-[γρηγορέναι om ΛQμ, sed vacuum exhibent], 22 δέποτε; 327, 10 τὸ σῶμα pro τὴν σάρκα; 329, 22 εἶδος; 332, 25-26 verba ἢ usque ad πλεονάσει desunt; 334,14 τῷ ἀνατέλλοντι; 341,25 κόσμω pro αἰῶνι.

ΛQμ eiusdem familiae *z* sunt, quod omnes octo codd (ΩMSZαΛQμ) easdem ab archetypo discrepantias graviores ostendunt: 281, 15-21 καὶ usque ad ἐπιγνώσεται om; 282, 14 ἂν εἴη om; 283, 20 γενόμενος om; 285, 1-2 δι' ὀχετῶν, 21 μᾶλλον om, 21-22 ἢ usque ad δυνάμεως om; 286, 17-287, 4 ἀπόδειξις usque ad διατεθῇ om; 289,19-26 τίς usque ad θεωρεῖται om, 27 τὸ μ. τ. ζημίας om etc.

Nonnunquam Λ cum Ω consentit; e.g. 279, 24 αὐτοῖς, 25 τριχί; 308, 11 ἐστὶν om etc. sed tamen S et Λ cognatissimi sunt. propinquitatem eorum supra illustravi scribens de concordia inscriptionum in S. aliae lectiones variae sunt: 280, 15 ἀτοπίας, 22 ἴσχειν, 24 καὶ om; 282, 13 χρεία om; 284, 4-5 μεμωλωπισμένοι, 27 ῥηθέντος; 285, 5 συναναμιχθῆναι; 292, 9-10 καὶ usque ad περιεργάζεται om; 297, 1 ἀγγείω pro ἀέρι etc.

Lectiones codicum ΛQμ nihil ullius pretii offerunt, quod SΩ non habent. exceptio sola est 323, 8 Μαριάμ. igitur hos tres codices exclusi.

Q Codex Taurinensis C.I. 11 chartaceus saec. XIV, ff. 79r-98v, quem siglo Q distinxi, ex duobus codicibus

compactus et duabus manibus scriptus est, prooemium et capita i-v prima manu et vi-xxiii secunda. in quinque primis capitibus plures lectiones communes cum DUβ habet quam cum aliis codicibus. capita vi-xxiii exhibent omnes discrepantias codicis Λ, ex quo fluxisse videntur. adfero exempla: 282, 18 τοῦ om; 283, 9 δὲ pro καὶ, 12 ἡ om; 284, 23 ἦν om, 24 ἐφίστασθαι; 286, 4 εἰ ὕλην pro εἰς ἰλύν; 288, 9 ἡ om, 19 ὄντος, κτίσεως; 289, 18 οὐδέ, 27 τῶν παθῶν τί; 290, 13-14 τὸ ... τὸ, 23 χρώαν; 291, 1 τῶν ὄντων pro ὅσα etc. (Haec omnia iis communia sunt cum μ).

In margine folii 89r manus tertia adscripsit verba sequentia, quae Q cum codicibus SΩ coniungunt: ... Ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ α´ κεφαλαίου ... οὕτως· πολλοῖς μὲν ἤδη γέγονεν ἡ παρθενία τῶν πρὸς ἐπίδειξιν λόγων ὑπόθεσις. tertia manus item in inscriptione capitis VI scribit: ὅτι Ἠλίας καὶ Ἰωάννης τῆς ἀκριβείας τοῦ βίου τούτου ἐπεμελήθησαν (cf ΛSμ: Ἠλιοῦ καὶ Ἰωάννου μνήμη).

μ Codex Montepessulanus 122 chartaceus saec. XVI, ff. 1r-35r, nullius pretii est. habet sola capita vi-xxiii. μ ex Q fluxit, ut comparatio textus probat. ubi Q mutilus est et verba legi non possunt, μ vacua [ ] exhibet: 310, 16 μια-[σμά]-των, 17 [δυνα]-μένη, 19 [τέως], 21 [δι]-ακινήσειε, 23 [βά]-ρους, 26 ἐξωθου-[μ]-ένων; 329, 15 ἡδο-[ναί]; 332, 27-333, 1 πλεονά[ση]. alio loco (310, 25) μ coniecit: Q mutilus est et μ ἄλλοις ex ἀλλήλοις fecit. praeterea μ habet suas discrepantias a Q: 283, 27 στήξει (στίξει Λ^1, μαστίξει Λ^2); 285, 4 ἐπιζητοῦσι; 290, 13 ἑρμηνεύει etc.

Livineium verisimile est μ in editione sua usum esse. vide infra, p. 242 sq et notam in tomo tertio ed Morelli (1638), p. 51 a F. Ducaeo additam: „Editio... ex duorum MSS codicum fide, Vaticano uno, altero quod a Bircmanno Coloniensi typographo habuerat et fragmentum tantum continuit, a quo aberant quinque prima capita, ut a manuscripto doctissimi

Professoris regii Federici Morelli, cuius auctoritate nunc Vaticani, nunc Bircmannici lectiones confirmabimus, et que in utraque desiderantur editione restituimus." et in μ ipso notae typographi inveniuntur. fol 1r: ,,Cap vi Libri de virginitate". fol 3r et sqq: explicatio in marginibus contractionum verborum. fol. 5r: ,,desunt hic multa." fol. 7v: correctura typographi in divisione capitum. hae correcturae et explicationes in marginibus eum hoc libro usum esse confirmant. addendum est, quod textus Morelli exhibet lectiones solum in μ inventas: 282, 20 ἀπόστολος pro εἰπών; 285, 6 εὐταμιεύτως; 290, 3 τῇ om, 7 τῆς om etc.

In pagina 235 addo schema [1], quod rationem, quae inter codices obtinet, illustret.

DE RATIONE QUAE INTER FAMILIAS CODICUM INTERCEDIT

Quoniam quae ratio inter singulos libros unius cuiusque familiae sit satis elucidavimus, iam nobis explorandum est, quomodo hae codicum familiae inter se relatae sint. comparatis erroribus et lacunis praecipuorum librorum familiarum *x* (P) et *y* (CK) et codice antiquissimo E codices CKEP propriam classem a familia *z* distinctam constituere manifestum est. nam CKEP inde ab initio operis, et praesertim ab 252, 15 angustis propinquitatis vinculis inter se religati sunt: 252, 15 ἐξαίρουσιν; 262, 6 ἰδίως om; 268, 26 τῆς νόσου om; 273, 11-12 τ. ψυχ. συνεισέρχ.; 279, 4 ἀμετεώριστον; 281, 7 στενοῦ etc. haec tamen concordia intermissa est paucis sed gravibus locis:

[1] Tractatus De virginitate extat etiam in codice Athoo Esphigmenou 49 (saeculi XII), praeterea fragmenta continet cod Athous Dionysiou 214 (saeculi XV), quos libros adire nobis non licuit. neque vero timeo ne meae editioni hoc detrimento futurum sit, nam hos libros recensionem textus ab ea, quam codices nostri continent, diversam praebere minime probabile est.



* prooemium et capita i-v ** capita vi-xxiii

296, 18 καλὸν—ποτὲ om EP, 23-24 ὅπερ-αἴτιον om EP; 329, 22-330, 5 εἰ-εὐφραίνοντος om EP; 331, 14-332,6 συγκεκρᾶσθαι-κατανοήσας om KEP; 332, 8-10 ἐν-καταστάσεως om KEP. ceterum KEP in 339, 12-340, 6 (v. app crit) ineptam lectionem praebent, quam hi tres communem habent. hoc loco C (et O) solus a sua familia et classe dissentit et cum familia *z* congruit.

Quomodo haec dissensio codicis C explanari potest? aut C antiquam memoriam his locis integriorem servavit quam KEP et idem factum est in SΩ, nam omnes libri utriusque generis ab eodem textu provenerunt; aut C textum ex fonte, quem cum KEP communem habuit, sumpsit, sed ex altero ramo memoriae (SΩ) correxit. difficile est dicere utrum evenerit. vestigia quaedam monstrant C textum suum eis locis, ubi KEP lacunas exhibent, non ex SΩ vel eorum fonte sumpsisse, quia in explendis lacunis C ab SΩ his verbis differt: 331, 15 τινα pro τὴν C, 20 γὰρ om C, 22-23 ψυχροῖς τ. κ. θερμοῖς C; 339, 12 ὁ add C et 16 τὸ add C, ubi KEP lacunas exhibent. sed nihilo setius C aliquando propinquitatem cum SΩ ostendit (id est vel cum S vel Ω vel ambobus): 257, 3 τοσοῦτον; 258, 16 καθάψαιτο; 270, 5 σοφός om; 275, 4 διαβάς, 24 ἄρ'; 276, 2 νεότητα; 285, 18-19 τοῦ θ. τὸ; 290, 1 ταύτην; 291, 6 τοσοῦτον etc. cf etiam quae p. 224 dixi de codice O, ubi demonstratur eum eisdem vinculis cum SΩ coniunctum esse.

Sed non solum codices C et O, verum etiam E cum familia *z* saepe congruit (id est cum S vel Ω vel ambobus). adfero pauca exempla: 247,7 τὸ; 248, 10-11 δημιουργήσαντος τὴν φύσιν, 14 ἡ hab; 252, 22-25 (v. app crit), 253, 13 ἀρχηγῷ, 16-17 (v. app crit); 255, 10 ἐπαίρουσα; 261,7 τούτοις, 8 ἀνάμνησις; 268,17 ἕξει; 270,4 (v. app crit); 275, 16 προσπαθόντα; 297, 7 καὶ ἀγαθὸν om etc. his locis KP minime consentiunt cum SΩ.

Non facile est explanare cur haec ita sint et quare

C et E ita se gerant. sed etiam codex P similem praebet quaestionem, nam ter sententias exhibet, quae in nullo alio codice inveniuntur nisi in reliquis libris familiae *x*, qui eum sequuntur (vide quae ea de re in capite de archetypo p. 240 disserui). sed hoc exemplum eo differt a praecedentibus, quod P solus has sententias conservavit, non igitur solum familiam suam transcendit, sicut C facit locis ante commemoratis, sed omnem librorum nostrorum memoriam. haec exempla demonstrant multa ante tempus, quo nostri codices nobis accedere permittunt, evenisse, quae ignoramus; sed vestigia certa indicant CKEP (= familias *x* et *y*) ex eodem fonte fluxisse et ante saeculum X discedere coepisse. S et Ω quoque (= familia *z*) fontem communem habuerunt et ante saeculum XII (nescio an saeculo XI vel X) discesserunt.

Sed praeter lacunas et errores, qui constituunt familias et classes librorum supra indicatas, extant graviores quaedam difficultates, quae rem etiam magis perplexam reddunt, diversitas enim classis CKEP ab SΩ maïor est quam adhuc indicavi, pars enim familiae *z* id est codices ΩM id commune habent, quod prooemium et indicem capitum omittunt neque totum opus in capita dividunt. praeterea initium operis, quod in ΩM correspondet initio capitis I in reliquis libris, diversis verbis expressum est quam in illis et re vera paraphrasis est (vide p. 227). haec paraphrasis vel potius altera recensio etiam in S legitur, sed ibi initium capitis primi est.

Primo aspectu haec discrepantia duobus modis considerari potest: (1) fuit primo unus textus, quem scribae recentiores mutaverunt, ita efficientes duas traditiones distinctas. (2) fuerunt vere duae editiones operis.

Proprietates codicum SΩ sunt omissiones atque creberrimae lacunae. errores orthographici et ordo

mendosus verborum abundant. quae cum ita sint, fieri non potest, ut restituamus textum rectum ex SΩ solis sine auxilio CKEP. ex contrario CKEP saepissime meliorem textum praebent. errores minores et omissiones verborum in quolibet codice corriguntur ex ceteris libris manuscriptis huius classis. lacunae, de quibus supra verba feci, exceptionem constituunt; sed hic denuo solum quod ad KEP pertinet. SΩ plures et graviores errores et lacunas exhibent, sed CKEP pauciora et minora menda. praeterea ordo unus auxilio alteri est. hoc monstrare videtur duas traditiones codicum potius quam duas editiones esse. sed necesse est considerare etiam res supra commemoratas (prooemium, indicem capitum et operis divisionem dico).

Si opinionem accipimus SΩ et CKEP tantum duos traditionis ramos constituere, sequitur codices ΩM primo habuisse omnia quae ceteri codices habent: prooemium, indicem capitum, inscriptiones capitum, et angusto temporis spatio inferioris aetatis, fortasse in aliquo monasterio, eos hanc mutationem passos esse. difficile autem est explanare operis mutatum initium, quod genere dicendi Gregorii scriptum est et genuinum esse videtur. sed doctrina duarum editionum bonam explicationem huius difficultatis praebet. tenemus vestigia certa in SΩM, quae efficiunt ut putemus fortasse primo duas editiones operis fuisse.

,,Editio prima'' non in capita divisa fuisse videtur. condicio talis in ΩM invenitur. S est codex, qui monstrat transitionem ab editione sine titulis capitum ad editionem divisam in capita idoneis inscriptionibus indicata. sed divisio mendosa in S ostendit titulos capitum inferiore aetate operi adiunctos esse. fueruntne hae inscriptiones primo in margine exaratae? hic dicam, quamquam codd SΛQμ et ed. v (sequens traditionem aliam) caput xxiii in duobus locis diversis incipiunt, SΛQμ post 340, 22 προτ. et v post 338, 10

ἔξωθεν, ambos idem verbum (οὐκοῦν) initio huius capitis habere. sed locus, ubi caput incipere debebat, post 333, 10 εὐκολίαν est.

Praeter omissionem inscriptionum capitum in „editione prima" adducimur ut putemus illam etiam prooemio et indice capitum caruisse. nam codices ΩM, qui hanc traditionem purissime servaverunt, ambabus his partibus carent. sed quamquam S ambas eas habet, additiones inferioris aetatis esse videntur. lectiones prooemii monstrant distincte propinquitatem cum E. ex alia igitur traditione fluxit, et index numero et ordine capitum errat. praeterea secundus titulus—προτροπὴ νέων ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν παρθενίαν—ante inscriptionem cap I testimonium grave praebet. nam omne opus accurate describit et aptissimus titulo libri est.

Aliud gravissimum testimonium ad sustinendum argumentum duas operis editiones esse natura principii codd ΩM et initii cap I in S dat. hanc partem in hac praefatione sub Ω (p. 227) exscripsi; videtur non initium capitis esse, sed potius principium omnis operis, quale fuit olim in „editione prima". quamquam haec pars est paraphrasis sententiarum, quas alii codices habent, est nihilominus suo genere dicendi aliquantulum generalis et aptissima initio totius operis potius quam capitis I. praeterea verba eius ostendunt propinquitatem cum libro sancto Basilio attributo, qui eodem modo incipit: Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν τὸν νυμφίον ἡμῶν... cf Greg.: Πολλοῖς μὲν ἤδη γέγονεν ἡ παρθενία ... item initium utriusque operis persona prima singulari utitur. „editio secunda" ad rem magis quam ad personam auctoris spectat et propterea primam personam in prooemio et in capite I omittit. hoc indicium est alteram versionem non ab alio scriptore ortam esse sed ab auctore ipso. ardor animi et vigor huius partis inceptum juvenis indicant.

Numerus quoque librorum manuscriptorum in

classe CKEP et SΩ minime aequus hypothesin duarum editionum sustentat. editionem meliorem et recentiorem plura exemplaria habere exspectes. hoc est quod in nostro libro factum esse videtur. ex viginti sex libris manuscriptis operis mihi notis duadeviginti classis CKEP sunt et solum octo familiae SΩ. praeterea adde, quod condicio, qua libri manuscripti conservati sunt, testimonium praebet magnae aestimationis, in qua una ex duabus classibus habebatur. CKEP et codices ex eis descripti bene se habent; sed altera classis et praesertim codd ΛQμ multis lacunis erroribusque laborant.

Tales sunt duae hypotheses, quas de codicibus nostris eorumque origine et condicione sustinere possis ad rationem, quae inter codices CKEP et SΩ intercedit, explanandam. sed in utraque consideranda apparuit unam earum non excludere alteram, sed alteram quodam modo ex altera pendere. et si neutra earum rem plene explanare videtur, nescio an coniunctae quid usu evenerit satis illustrent. nam si duas editiones fuisse putamus, quarum utraque ab ipso Gregorio profecta est, memoriam diversam ab utraque ortam esse nihil mirandum est. differebant autem paucis rebus, ut opinor: prooemio, indice capitum, capitum per ipsum opus divisione, mutatione initii capitis primi.

Hoc si recte conclusi, apparet nil obstare, quominus altera recensione ad alteram emendandam utamur, id quod feci in textu constituendo.

DE ARCHETYPO

Postquam de codicum familiis eorumque dissensione dictum est, oritur quaestio, utrum communem habuerint archetypum necne et, si habuerunt, quae sint eius vestigia. hanc quaestionem si indagare volumus, primum necesse est nos in errores omnium codi-

cum communes inquirere. infeliciter, quantum ad archetypum attinet, hi errores tam minuti atque pauci sunt, ut nullius momenti sint nec quicquam ad eam quaestionem solvendam valeant (cf 275, 11 θίγοντα; 277, 15 et 16 γάρ; 329, 22 ἑκάστου).

Deinde considerandae sunt lectiones integrae, quas in textum recepi, sed quae non nisi uno codice servatae sunt, qua in re accurate distinguendum est, quid memoriae antiquae puraeque, quid emendationi scribarum recentiorum debeatur vel deberi possit. ad primum genus pertinent longiores verborum series vel plenae sententiae, quae in reliquis libris manuscriptis perierunt, sed in uno codice servantur. alterum genus consistit in singulis verbis vel omissis vel corruptis, quae in uno codice forma integra servata esse videntur.

Ut a primo incipiam, textus *De Virginitate*, ut in hac editione critica restitutus est, tribus locis sententias, quae unam vel complures lineas capiunt, recepit, quas unus codex P exhibet, ceteri autem codices non praebent. p. 255, 6 μετὰ usque ad δυνάμεων om. hic error ex festinatione ortus est, cum scriba ex uno καὶ ad aliud saliret et verba in medio omitteret. in p. 256, 24-27 ζηλωτοὶ usque ad δὲ om. haec praetermissio saliendo ab uno δὲ ad aliud efficitur, ita ut omnia verba in medio omissa sint. denique in p. 260, 23 θανάτου usque ad καὶ om. denuo causa eadem est, sed hoc loco verbum θάνατος lacunam effecit.

Apparet has lacunas ortas esse priusquam codices CKEPSΩ separati essent, cum P solus et eius familia (*x*) eas non exhibeant. hic igitur eiusque familia archetypo vel textui auctoris integro paulo propinquior est quam reliqui. tamen in P ipso lacunae extant, quae probant eum non in omnibus rebus origini operis propinquiorem esse quam ceteros libros (vide p. 234). una quidem ex eis similis est lacunis supra commemoratis (296, 18); sed vide etiam 296, 23-24 ubi similes

terminationes in καλόν et αἴτιον causa omissionis fuisse videntur.

Sed eodem modo probari potest etiam C et SΩ nonnullis locis integro operis textui propinquiores esse quam ceteros libros, cum lacunas in reliquis extantes bene expleant.

Deinde consideremus lectiones rectas in solo uno codice inventas. fere omnes ex bonis emendationibus scribarum inferioris aetatis effici potuerunt. nam prorsus non licet dicere paucas vel plures ex eis lectionibus correcturas esse non posse. hae sunt lectiones, quae ex emendatione certe oriri poterant: 257, 14 ἐστι; 282, 17 ἐγκαύματα; 288, 20 δ'ἄν; 297, 1 ἀπορρυψαμένῳ; 305, 3 συναποτίκτεται; 308, 16 τίκτει, 19 μου; 319, 16 ἂν; 329, 22 τὸ ἡδύ; 331, 11 ἰατροῦ.

S plures harum lectionum quam ceteri codices exhibet. sed non facile est dicere utrum S propinquior 'archetypo' sit necne. conferentes E cum S videmus illum nonnullas lectiones habere, quae difficiliores ad coniciendum sint, e.g. 261, 1 ἔτι alt; 307, 9 γάμου; 331, 13 ἀλλήλοις. et aetas codicis E et lectiones iam memoratae me inducunt, ut E propinquiorem quam S archetypo esse existimem. quod ad Ω pertinet, res aliquantulum insolita est. scriba huius codicis fuit mediocriter doctus, ut supra scriptum est (p. 229), et quodcumque rectum est, tale quia fide transcriptum considerandum est potius quam opus hominis bene docti et eruditi. existimo lectiones eius modi 255, 13 ἀνάγουσα; 276, 26 ἀπεργασίαν; 291, 24 ἐπιτρέπων. postremo CK, quamquam magnam familiam repraesentant et plerumque si cum meliore traditione consentiunt, ad textum restituendum non nihil valent, non multum boni singillatim praebent, atque offerunt paucissimas aut nullas lectiones, quae emendationes appellari possint.

In fine dicendum est ratione omnium indiciorum

habita reconstructionem archetypi fieri non posse, cum fontem unicum nostrorum codicum, si quis umquam fuit, certis indiciis assequi nobis non liceat.

DE EDITIONIBUS IMPRESSIS

Hoc opus primum edidit Johannes Livineius Gandensis et anno MDLXXIV apud Christophorum Plantinum Antverpiae typis expressit. editor in praefatione statuit, quibus libris manuscriptis usus sit atque explicat rationem edendi (p. 7):

,,Partim ex duorum manuscriptorum codicum fide, Vaticano uno, altero quod a Bircmanno Coloniensi typographo habuimus, et fragmentum tantum fuit, si minus suo ac pristino nitori, at proxime tamen restitutum. in quo haec a nobis servata ratio est. capita quinque prima, una cum auctoris praefatione, et totidem extrema, bona fide ut Roma ad nos allata sunt, edidimus. in ceteris, nisi quod capitum distinctionem Vaticanam in textum recepimus, nostram in margine, sicubi discordabat, annotavimus, id quod non temere a nobis factum est, fragmentum nostrum sumus sequuti, quod commodius id nobis videretur. quoniam vero partim doctissimus Guilielmus Canterus emendationes quasdam nobiscum communicaverat, partim ipsi diligenti cogitatione multis locis veram lectionem coniectura eramus consequuti, priusquam libellum eum Romam mitteremus, ne virum optimum sua laude frustraremur, et simul illustre quoddam exemplum proponeremus τῆς εὐστοχίας, cui sane homines quidam pertinaces nimium parum tribuere mihi videntur, fecimus equidem libenter, ut eas ad marginem Graeci exemplaris adderemus.''

Divisio operis in capita est eadem quae in editione nostra. ergo editio Livineii divisa est in tria et viginti capita, non ut Parisina et Migne in capita viginti quattuor.

Hic addo annotationes editoris, quae codices describunt. in margine paginae 88 (p. 291, 17 sqq) editor scribit: "Fragmentum nostrum cap. hinc auspicatur hoc modo: οἱ (sic) ἐπιπολ. omissis ὥσπερ τοίνυν et μὲν. γρ. ἐπιπολαιότερον· Vat. peius ἐπὶ παλαιότερον". verba ὥσπερ τοίνυν om ΩΛQμ et μὲν om ΩSΛQμ. praeterea hoc loco ΛQμ caput incipiunt, sed in folio 7v codicis μ typographus, ut videtur, correcturam fecit dicens caput IB (sic) ante 291, 13 incipere debere. quod ad ἐπὶ παλαιότερον spectat, codex Vaticanus 401 solus (Uβ in specimine contuli) hanc lectionem habet. fuitne codex a Livineio adhibitus? item paulo infra (p. 292, 2) Livineius annotat lectionem falsam ἐκφυομένας, quae in Vat. 401 solum (et fortasse Uβ) invenitur.

Vestigia alia, quae originem codicum ab editore collatorum produnt, sunt lectiones a Livineio ex codice Vaticano memoratae: 279, 22 ὑπολαμβάνοντες (EDHP), 24 ἐπεσχεδίαζον (DHP), 26 φθάσαντες οἶμαι (D); 280, 5 προσασχολ. τῶν β. πραγμ. (DHP); 286, 11 ἀμήχανον pro ἄμαχον (EDHP) etc. scribens de titulo alterius codicis Livineius dixit (p. 178): „Quin et fragmentum nostrum huius de virginitate libri sic habebat, Γρηγορίου Νύσσης κεφάλαια διάφορα τὰ περὶ παρθενίας· κεφ. ἡλίου καὶ ἰωάννου μνήμη". hic titulus est nec codicis Λ nec μ. testimonia alia (vide sub μ) tamen, praesertim lectiones variae, indicant hunc codicem maximam cognationem cum μ habere. hae notae igitur et lectiones aliae in marginibus a Livineio annotatae comprobant editorem duobus codicibus usum esse, uno Vaticano 401 altero Montepessulano 122.

Editio Parisina (1615) impressa est in Mignei cursu completo Patrologiae Graecae. haec editio est fere eadem ut Livinei (vide notas Frontonis Ducaei in tomum tertium, ed. 1638, p. 51 sqq). discrepantiae graviores sunt duae: editio Parisina indicem capitum

omisit et opus in capita secundum traditionem incertam divisit. sed nostra editio restituit nonnulla, quae ed. Parisina mendose immutavit. quoniam in apparatu critico lectiones varias editionis Parisinae sub siglo v indicavi hic eas examinare cesso.

Hic publice profiteri volo quid debeam et gratias agere Wernero Jaeger, praeceptori et amico, professori Harvardiensi, qui incitavit me, ut editionem huius tractatus susciperem. qui omnium codicum tabellas photographicas ab ipso collectas et collationes multorum codicum ab aliis factas mihi subministravit, necnon dato stipendio Instituti Studiorum Classicorum Harvardiensis otium mihi paravit, quo ad hunc laborem perficiendum mihi opus erat, eumque in hoc volumine publicandum curavit. idem vir doctus consilio suo me adiuvit et semper ut in labore suscepto perseverarem adhortatus est. legit paginas editionis meae manu scriptas posteaque plagulas impressas mecum correxit. partem eorum, quae ille me admonuit ut mutarem vel considerarem, in textum vel apparatum recepi. maximam ei debeo gratiam, quod in elaboranda praefationis forma ultima eo adiutore et duce mihi uti licuit. nihilo setius si quid in hoc opere erravi, pro eo rationem reddere meum erit.

Gratias agere hoc loco liceat etiam reliquis viris doctis, quorum opera in editione praeparanda frui potui. usus sum collationibus singulorum codicum, quas contribuerunt E. Berry, H. Brown, J. P. Cooke, M. E. Foley, E. Kapp, F. Locke, G. Pasquali, W. Solmitz, B. Stenzel, J. E. Walsh, V. Woods Callahan. quorum nomina hic simul grato animo commemorare quam in singulis libris describendis afferre malui.

Johannes P. Cavarnos

CONSPECTUS SIGLORUM

(De Virginitate)

E codex Parisinus Coislinianus 58 membr. saec. X
P codex Vaticanus Pii graecus 4 membr. saec. XI
K codex Marcianus Venetus graecus 67 membr. saec. XI
C codex Cantabrigiensis collegii Trinitatis B. 9. 1 membr. saec. XII-XI
Ω codex Escorialensis Ω III 14 membr. saec. XII
S codex Vaticanus graecus 1907 chart. saec. XIII (vel potius XII)
v textus vulgatus editionis Parisinae anno 1638 ab Aegidio Morello emissae, quo utitur Migne in Patrologiae graecae tom. XLVI pag. 317 sq.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ
ΠΕΡΙ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ

Ἐπιστολὴ μηνύουσα τὰ ὑποτεταγμένα, ἅτινά ἐστι προτροπὴ εἰς τὸν κατ᾽ ἀρετὴν βίον

317 M. Ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ λόγου ἐστὶν ἐπιθυμίαν τῆς κατ᾽ ἀρετὴν ζωῆς τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐμποιῆσαι· πολλῶν δὲ τῷ κοινοτέρῳ βίῳ, καθὼς ὠνόμασεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, τῶν περισπασμῶν ἐγκειμένων ἀναγκαίως ὁ λόγος ὥσπερ τινὰ θύραν καὶ εἴσοδον τῆς σεμνοτέρας διαγωγῆς τὸν τῆς παρθενίας ὑποτίθεται βίον, ὡς οὔτε τοῖς ἐμπλακεῖσι τῇ τοῦ βίου κοινότητι ῥᾴδιον καθ᾽ ἡσυχίαν προσφιλοσοφεῖν τῇ θειοτέρᾳ ζωῇ καὶ τοῖς ἀποταξαμένοις πάντῃ τῷ ταραχώδει βίῳ πολλῆς εὐκολίας οὔσης ταῖς ὑψηλοτέραις ἀσχολίαις παρεδρεύειν ἀπερισπάστως. καὶ ἐπειδὴ καθ᾽ ἑαυτήν πως ἀργοτέρα πρὸς τὸ πείθειν ἐστὶν ἡ συμβουλὴ καὶ οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως ὑπαγάγοιτό τινα ψιλῷ τῷ λόγῳ πρός τι τῶν ὠφελούντων ἐγκελευόμενος, εἰ μὴ πρότερον ἀποσεμνύνειεν ἐκεῖνο, πρὸς ὃ τὸν ἀκροατὴν παρορμᾷ, τούτου

3 I Cor 7, 35

Titulus: Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης: τοῦ αὐτοῦ KEP: τοῦ αὐτοῦ ἁγίου γρηγορίου ἐπισκόπου δηαλόγὸ (in rasura) C: τοῦ ἁγίου γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης S: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσης Ω: τοῦ ἐν ἁγίοις Γρηγορίου v titulum περὶ παρθενίας post titulum epistulae introductoriae coll CKP, ego transposui (καὶ περὶ παρθ. CK) ὑπόθεσις τοῦ περὶ παρθενίας λόγου S: λόγος περὶ παρθενίας Ω: περὶ παρθενίας ἐπιστολὴ προτρεπτικὴ εἰς τὸν κατ᾽ ἀρετὴν βίον v ἅτινα— παρθενίας om E τῶν $\overline{ΚΔ}$ κεφαλαίων post ὑποτετ. add E ἐτελειώθη σὺν θεῷ Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου νύσσης ἑρμηνεία εἰς τὸ π͞ε͞ρ ἡμῶν manus alt add E τοῦ αὐτοῦ πρόλογος τῶν $\overline{ΚΔ}$ κεφαλαίων manus tert add E

1 verba Ὁ usque ad ἐστίν (251, 13) deficiunt in Ω κατὰ K 4 ἀναγκαῖος K 7 τὸ post ῥᾴδιον add CKPv φιλοσοφεῖν S 8 παντὶ S 11 πως: ὡς S παθεῖν E ἔστιν K 12 ὑπαγάγοι CK 13-14 σεμνύνειεν S 14 ὁρμᾶ S

χάριν ἀπὸ τῶν ἐγκωμίων τῆς παρθενίας ὁ λόγος ἀρξάμενος, οὕτως εἰς τὴν συμβουλὴν καταλήγει. μᾶλλον δέ πως τοῦ ἐν ἑκάστῳ καλοῦ καὶ διὰ τῆς παραθέσεως τῶν ἐναντίων φανερουμένου ἀναγκαίως καὶ τῆς δυσχερείας τοῦ κοινοτέρου βίου μνήμη τις γέγονεν. εἶτα εὐμεθόδως ὑπογραφή τις παρεισήχθη τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν βίου, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι τούτου τυχεῖν τὸν ἐν κοσμικαῖς ὄντα φροντίσι κατεσκευάσθη. τῆς δὲ σωματικῆς ἐπιθυμίας ἀργούσης ἐν τοῖς ἀποταξαμένοις ἀκολούθως ἐπεζητήθη τί τὸ ἀληθῶς ἐπιθυμητόν, οὗ χάριν καὶ τὴν δύναμιν παρὰ τοῦ δημιουργοῦ τῆς φύσεως ἡμῶν εἰλήφαμεν. τούτου δὲ καθ' ὅσον οἷόν τε ἦν ἐκκαλυφθέντος ἐφάνη ἀκολούθως καί τινα μέθοδον πρὸς τὸ τυχεῖν τοῦ ἀγαθοῦ τούτου ἐπινοῆσαι.

Εὑρέθη τοίνυν ἡ ἀληθὴς παρθενία ἡ παντὸς τοῦ ἐξ ἁμαρτιῶν μολυσμοῦ καθαρεύουσα πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπίνοιαν ἐπιτηδείως ἔχουσα, ὥστε πάντα τὸν διὰ μέσου λόγον, κἂν πρὸς ἕτερά τινα βλέπειν δοκῇ, πρὸς τὸ τῆς παρθενίας συντείνειν ἐγκώμιον. τὰς δὲ μερικὰς ὑποθήκας τοῦ τοιούτου βίου, ὅσαι τοῖς ἀκριβῶς μετιοῦσι τὴν σεμνότητα ταύτην ἐπετηδεύθησαν, φεύγων τὴν ἀμετρίαν ὁ λόγος παρέδραμε καθολικῶς τε διὰ τῶν γενικωτέρων παραγγελμάτων 320 M. προαγαγὼν τὴν παραίνεσιν ἐμπεριείληφε τρόπον τινὰ τὰ καθέκαστον, ὡς μήτε τι παριδεῖν τῶν ἀναγκαίων καὶ τὴν ἀμετρίαν φυλάξασθαι. ἔθους δὲ πᾶσιν ὄντος προθυμότερον ἀντιλαμβάνεσθαι παντὸς ἐπιτηδεύματος, εἴ τινας ἐν ἐκείνῳ προευδοκιμήσαντας ἴδοιεν, ἀναγκαίως καὶ τῶν ἐν ἀγαμίᾳ διαλαμψάντων ἁγίων μνήμην ἐποιησάμεθα. καὶ ἐπειδὴ μὴ

1 ὁ λόγος om v 3 καὶ om CKS 5 εὐμέθοδος CKE 8-9 ἀργούσης post ἀποταξ. S 9 ἀληθὲς CK 10 ἐπιθυμητικὴ post τὴν add Urbinas 9 (ex coniectura ?) et v (cf. 290, 20-21) τοῦ ἐπιθυμεῖν post δύναμιν add S 10-11 δημιουργήσαντος τὴν φύσιν ES 11 ἐλάβομεν v καθ' ὅσον: καθὼς CKE (corr E^{2}) S 12 ἀκολούθως ἐφάνη E ἀκόλουθον ἐφάνη S 12 χρὴ inter μέθοδον et πρὸς m rec scr P 13 τούτου ἐπιν. τοῦ ἀγαθοῦ Pv 14 ηὑρέθη E^{1}, corr E^{2} ἡ pr om CKPv πάντως E 18 συντείνειν: ἀντεγείρειν C 21 τε: δὲ S ἐπαγγελμάτων CKE 22 προσαγαγὼν Pv τὰ om E 26 ἴδοι v ἴδοιεν προευδ. E

τοσοῦτον τὰ ἐν τοῖς διηγήμασιν ὑποδείγματα δύναται πρὸς κατόρθωσιν ἀρετῆς ὅσον ἡ ζῶσα φωνὴ καὶ τὰ ἐνεργούμενα τῶν ἀγαθῶν ὑποδείγματα, ἀναγκαίως πρὸς τῷ τέλει τοῦ λόγου τοῦ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου καὶ πατρὸς ἡμῶν ἐπεμνήσθημεν, ὡς μόνου δυνατῶς ἔχοντος τὰ τοιαῦτα παιδεύειν. ἡ δὲ μνήμη οὐκ ἐπ' ὀνόματος γέγονεν, ἀλλὰ διά τινων γνωρισμάτων τὸ ἐκεῖνον εἶναι τὸν δηλούμενον ὁ λόγος ᾐνίξατο, ἵνα μὴ τοῖς μετὰ ταῦτα καθομιλοῦσι τῷ λόγῳ ἀνόνητος ἡ συμβουλὴ εἶναι δόξῃ, τῷ παρελθόντι τὸν βίον προσφοιτᾶν τοὺς νέους κελεύουσα, ἀλλὰ πρὸς τοῦτο βλέποντες μόνον, οἷον εἶναι προσήκει τὸν τοῦ τοιούτου βίου καθηγητήν, ἐκλέγωνται ἑαυτοῖς εἰς ὁδηγίαν τοὺς ἀεὶ παρὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος εἰς προστασίαν τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας ἀναδεικνυμένους· ἢ γὰρ εὑρήσουσι τὸν ζητούμενον ἢ οἷον χρὴ εἶναι οὐκ ἀγνοήσουσιν.

Ἡ δὲ ἀκολουθία τῶν νοημάτων ἐστὶν αὕτη·

α'. Ὅτι κρείττων ἐγκωμίων ἡ παρθενία ἐστίν.

β'. Ὅτι ἴδιον τῆς θείας τε καὶ ἀσωμάτου φύσεως κατόρθωμά ἐστιν ἡ παρθενία.

γ'. Μνήμη τῶν ἐκ τοῦ γάμου δυσχερῶν καὶ ἔνδειξις τοῦ τὸν γεγραφότα τὸν λόγον μὴ ἄγαμον εἶναι.

δ'. Ὅτι πάντα τὰ κατὰ τὸν βίον ἄτοπα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ γάμου ἔχει· ἐν ᾧ καὶ οἷος ὁ κατὰ ἀλήθειαν ἀποταξάμενος τῷ βίῳ ἐστίν.

ε'. Ὅτι προηγεῖσθαι χρὴ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπάθειαν τῆς σωματικῆς καθαρότητος.

1 δύνανται Sv 3 ἀναγκαίως: ἀκολούθως S 3-4 τοῦ λ. τ. θεοσεβ. om CKE, in mg add E² 8 καθομιλῶσι CK 10 ἐγκελεύουσα Pv 11 τοῦ om PSv 12 ἐκλέγονται CKES 14 ἀναδεικνυμένοις Kv ἢ: εἰ K 16 Ἡ—αὕτη om v ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων post αὕτη add P ἀκολουθία περὶ παρθενίας τῶν $\overline{\text{ΚΔ}}$ κεφαλαίων post αὕτη add E 17 προτροπὴ νέων ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν παρθενίαν ante ὅτι add S inscript cap I om S (sed vide 251, 13) cf praef, 229-230 19 κατόρθωμά om S 23 γάμου ἔχει: κοινοῦ βίου λαμβάνουσιν S 23-24 ἀποταξ. κατὰ ἀλήθ. E

ϛ'. Ὅτι Ἠλίας καὶ Ἰωάννης τῆς ἀκριβείας τοῦ βίου τούτου ἐπεμελήθησαν.

ζ'. Ὅτι οὐδὲ ὁ γάμος τῶν κατεγνωσμένων ἐστίν.

η'. Ὅτι δύσκολόν ἐστι τοῦ σκοποῦ τυχεῖν τὸν εἰς πολλὰ τῇ ψυχῇ μεριζόμενον.

θ'. Ὅτι δυσμετάθετον ἐπὶ παντὸς ἡ συνήθεια.

ι'. Τί τὸ ἀληθῶς ἐπιθυμητόν.

ια'. Πῶς ἄν τις ἐν περινοίᾳ γένοιτο τοῦ ὄντως καλοῦ.

ιβ'. Ὅτι ὁ ἑαυτὸν ἐκκαθάρας ἐν ἑαυτῷ τὸ θεῖον κάλλος κατόψεται· ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς τοῦ κακοῦ αἰτίας.

ιγ'. Ὅτι ἀρχὴ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιμελείας ἡ ἀπαλλαγὴ τοῦ γάμου ἐστίν.

ιδ'. Ὅτι ἡ παρθενία κρείττων τῆς τοῦ θανάτου δυναστείας ἐστίν.

ιε'. Ὅτι ἡ ἀληθὴς παρθενία ἐν παντὶ ἐπιτηδεύματι θεωρεῖται.

ιϛ'. Ὅτι τὸ ὁπωσοῦν ἔξω γενέσθαι τῆς ἀρετῆς ἴσον κίνδυνον ἔχει.

ιζ'. Ὅτι ἀτελὴς εἰς τὸ ἀγαθὸν ὁ καὶ ἑνί τινι τῶν κατ' ἀρετὴν ἐλλείπων.

ιη'. Ὅτι χρὴ πάσας τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις πρὸς ἀρετὴν βλέπειν.

1-2 Ὅτι—ἐπεμελήθησαν: ἠλιοῦ καὶ ἰωάννου μνήμη S 2 ἐπεμελήθη P 3-5 duas inscript transposuit S 4-5 Ὅτι—μεριζόμενον: ὅτι τὸν εἰς πολλὰ τὴν ψυχὴν μεριζόμενον τελειωθῆναι οὐ δυνατόν S 6 ἐστιν ante ἡ add CKP (cf 286, 10) 8-9 τοῦ ὄντως καλοῦ: τούτου S ὄντος K 12-13 Ὅτι ἀρχὴ—ἐστίν om S 14 κρεῖττον E 15 ἐστίν om CK (cf 305, 25), ante τῆς (14) coll E 14-15 Ὅτι—δυν. ἐστίν post Ὅτι—θεωρεῖται coll P (cf 305, 24-25 et 309, 21-22) 16-17 Ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτηδεύμασι θεωρεῖται ἡ ἀληθὴς παρθενία S 18-19 ἴσον ἔχει τὸν κίνδυνον S τὸν post ἴσον add E 20 ὁμοίως post ὅτι add S 20-21 ὁ—ἀρετὴν: ἐστιν ὁ οἱωδήποτε μέρει κατὰ τὴν ἀρετὴν S ἑνί E: ἐπί CKP 21 ὅτι οὐδὲν ὀνίνησι τὸν μὴ διὰ πάντων τὴν ἀρετὴν ἀσκοῦντα ἕν τι μόνον τῶν ἀγαθῶν κατορθούμενον post ἐλλείπων exhibet S 22 τῆς ψυχῆς τὰς S

ιθ΄. Μνήμη Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Ἀαρὼν ὡς ἀρξαμένης τούτου τοῦ κατορθώματος.

κ΄. Ὅτι ἀδύνατον ὁμοῦ ταῖς σωματικαῖς ὑπηρετεῖν ἡδοναῖς καὶ τὴν κατὰ θεὸν εὐφροσύνην καρποῦσθαι.

κα΄. Ὅτι χρὴ τὸν ἀκριβῶς ζῆν προελόμενον πρὸς πᾶν εἶδος σωματικῆς ἡδονῆς ἀλλοτρίως ἔχειν.

κβ΄. Ὅτι οὐ δεῖ πέρα τοῦ δέοντος ἀσκεῖν τὴν ἐγκράτειαν καὶ ὅτι ὁμοίως ἐναντιοῦται τῇ ψυχῇ πρὸς τελείωσιν ἥ τε πολυσαρκία τοῦ σώματος καὶ ἡ ἄμετρος κακοπάθεια.

κγ΄. Ὅτι χρὴ τὸν τὴν ἀκρίβειαν τοῦ βίου τούτου μαθεῖν βουλόμενον παρὰ τοῦ κατορθώσαντος διδάσκεσθαι.

Κεφάλαιον α΄

Ὅτι κρείττων ἐγκωμίων ἡ παρθενία ἐστίν

Τὸ σεμνὸν τῆς παρθενίας εἶδος, ὃ πᾶσι μὲν τίμιόν ἐστι τοῖς τὸ καλὸν ἐν καθαρότητι κρίνουσι, παραγίνεται δὲ μόνοις, οἷς ἂν ἡ τοῦ θεοῦ χάρις εὐμενῶς πρὸς τὴν ἀγαθὴν ταύτην ἐπιθυμίαν συναγωνίσηται, αὐτόθεν μὲν ἔχει τὸν πρέποντα ἔπαινον ἀπὸ τῆς προσηγορίας τῆς συνονομαζομένης αὐτῇ. τὸ γὰρ ἄφθορον κατὰ τὴν συνήθειαν τῶν πολλῶν ἐπὶ τῆς παρθενίας λεγόμενον σημαντικόν ἐστι τῆς ἐν αὐτῇ καθαρότητος· ὥστε διὰ τοῦ ἰσοδυναμοῦντος ὀνόματος ἔστιν ἐπιγνῶναι τὴν ὑπερβολὴν τοῦ τιμίου τούτου χαρίσματος, εἴπερ πολλῶν ὄντων τῶν κατ᾽ ἀρετὴν ἐπιτελουμένων μόνον τοῦτο τῇ ἐπωνυμίᾳ τοῦ ἀφθάρτου τετίμηται. εἰ δὲ χρὴ καὶ δι᾽ ἐγκωμίων τὴν μεγάλην ταύτην τοῦ θεοῦ δωρεὰν ἀποσεμνύνειν, ἀρκεῖ πρὸς εὐφημίαν αὐτῆς ὁ θεῖος

1 ὡς om S 8 καὶ om CKEP et inscript κβ΄ in duas inscriptiones (κβ΄ et κγ΄) dividunt 9 τοῦ σώματος om P 11 κατορθωκότος E κατωρθωκότος S 13 ἐστίν om Sv 14 Τὸ—οἰκειουμένους (252, 11) verbis aliis hanc partem dant SΩ (vide praef 227) 17 αὐτόθι v 21-22 ὀνόματός ἐστιν P ἔστιν om C, in mg add ut vid C² 22 τιμ. τούτου: τοιούτου Pv 25 τὴν—τοῦ: ταύτην τὴν μεγάλην τοῦ P ταύτην τοῦ μεγάλου v 26 ἀποσεμνῦναι E

ἀπόστολος δι' ὀλίγων ῥημάτων πᾶσαν ἐγκωμίων ὑπερβολὴν ἀποκρύψας, ὃς ἁγίαν καὶ ἄμωμον τὴν κεκοσμημένην διὰ τῆς χάριτος ταύτης ὠνόμασεν. εἰ γὰρ τὸ κατόρθωμα τῆς σεμνῆς ταύτης παρθενίας ἐστὶ τὸ ἄμωμόν τινα γενέσθαι καὶ ἅγιον (ταῦτα δὲ τὰ ὀνόματα κυρίως καὶ πρώτως εἰς δόξαν παραλαμβάνεται τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ), τίς μείζων ἔπαινος παρθενίας ἢ τὸ ἀποδειχθῆναι διὰ τούτων θεοποιοῦσαν τρόπον τινὰ τοὺς τῶν καθαρῶν αὐτῆς μυστηρίων μετεσχηκότας εἰς τὸ γενέσθαι αὐτοὺς κοινωνοὺς τῆς δόξης τοῦ μόνου ὡς ἀληθῶς ἁγίου καὶ ἀμώμου θεοῦ, 321 M. διὰ καθαρότητος αὐτῷ καὶ ἀφθαρσίας οἰκειουμένους; ὅσοι δὲ μακροὺς ἐπαίνους ἐν διεξοδικοῖς κατατείνουσι λόγοις, ὡς διὰ τούτων προσθήσοντές τι τῷ θαύματι τῆς παρθενίας, λελήθασιν ἑαυτοὺς κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν ἐναντιούμενοι τῷ ἰδίῳ σκοπῷ καί, δι' ὧν ἐξαίρουσιν εἰς μέγεθος, ὕποπτον ποιοῦντες διὰ τῶν ἐγκωμίων τὸν ἔπαινον. ὅσα γὰρ ἐν τῇ φύσει τὸ μεγαλεῖον ἔχει οἴκοθεν τὸ θαῦμα ἐπάγεται οὐδὲν τῆς ἐκ τῶν λόγων συνηγορίας δεόμενα καθάπερ ὁ οὐρανὸς ἢ ὁ ἥλιος ἢ ἄλλο τι τῶν τοῦ κόσμου θαυμάτων, τοῖς δὲ ταπεινοτέροις τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀντὶ ὑποβάθρας ὁ λόγος γινόμενος μεγέθους τινὰ φαντασίαν διὰ τῆς τῶν ἐπαίνων περινοίας προστίθησιν. ὅθεν πολλάκις τὸ ἐκ τῶν ἐγκωμίων κατασκευαζόμενον θαῦμα ὡς σεσοφισμένον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων καθυποπτεύεται. ἔπαινος δὲ μόνος ἱκανὸς τῆς παρθενίας ἐστὶ τὸ κρείττονα τῶν ἐπαίνων εἶναι τὴν ἀρετὴν ἀποφήνασθαι καὶ τῷ βίῳ θαυμάσαι μᾶλλον ἢ τῷ λόγῳ τὴν καθαρότητα. ὁ δὲ ὑπόθεσιν ἐγκωμίων ταύτην ὑπὸ

1 Ephes 5, 27

7 τίς μείζων ἔπαινος: τί τὸ μεῖζον τῆς P μείζω E παρθενίας ἔπαινος E 13 προσθήσαντές E 15 καί om Pv ἐξαίρ.: ἐξαίρειν (αἴρειν Ω) ἐπινοοῦσιν SΩ 16 ποιοῦσιν Ω 18 καθάπερ: οἷον C 19 ὁ om Ω 20-21 γιν. ὁ λόγος E 21 γενόμενος S γιγνόμενος Ω 22 ἐπινοίας CK προτίθησιν E 22-25 ὅθεν usque ad ἐστὶ: τίς οὖν ἔπαινος τῆς παρθενίας ἐστίν ESΩ 24 καθυπ. ante ὑπὸ (23) Pv 25 ἔπαινον Ω 26 καὶ usque ad καθαρ. (27) om in textu, in mg add K[1] τῷ pr om CK 27 ταύτης CKE

φιλοτιμίας ποιούμενος ἔοικε τὴν σταγόνα τῶν οἰκείων ἱδρώτων ἀξιόλογον εἰς προσθήκην νομίζειν τῷ ἀπείρῳ πελάγει γενήσεσθαι, εἴ γε ἀνθρωπίνῳ λόγῳ δυνατὸν εἶναι τὴν τοσαύτην χάριν ἀποσεμνῦναι πεπίστευκεν· ἢ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἀγνοεῖ ἢ ὃ ἐπαινεῖ οὐκ ἐπίσταται.

Κεφάλαιον β′

Ὅτι ἴδιον τῆς θείας τε καὶ ἀσωμάτου φύσεως κατόρθωμά ἐστιν ἡ παρθενία

Συνέσεως γὰρ ἡμῖν χρεία πολλῆς, δι' ἧς ἔστι γνῶναι τὴν ὑπερβολὴν τῆς χάριτος ταύτης, ἥτις συνεπινοεῖται μὲν τῷ ἀφθάρτῳ πατρί, ὃ δὴ καὶ παράδοξον ἐν πατρὶ παρθενίαν εὑρίσκεσθαι τῷ καὶ υἱὸν ἔχοντι καὶ δίχα πάθους γεννήσαντι· τῷ δὲ μονογενεῖ θεῷ τῷ τῆς ἀφθαρσίας χορηγῷ συγκαταλαμβάνεται ὁμοῦ τῷ καθαρῷ καὶ ἀπαθεῖ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ συνεκλάμψασα. καὶ πάλιν τὸ ἴσον παράδοξον υἱὸς διὰ παρθενίας νοούμενος. ἐνθεωρεῖται δὲ ὡσαύτως καὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος φυσικῇ καὶ ἀφθάρτῳ καθαρότητι· τὸ γὰρ καθαρὸν καὶ ἄφθαρτον ὀνομάσας ἄλλῳ ὀνόματι τὴν παρθενίαν ἐσήμανας. πάσῃ δὲ τῇ ὑπερκοσμίῳ φύσει συμπολιτεύεται διὰ τῆς ἀπαθείας συμπαροῦσα ταῖς ὑπερεχούσαις δυνάμεσιν, οὔτε τινὸς τῶν θείων χωριζομένη καὶ οὐδενὸς τῶν ἐναντίων προσαπτομένη. πάντα γὰρ ὅσα καὶ φύσει καὶ προαιρέσει πρὸς ἀρετὴν νένευκε τῷ καθαρῷ πάντως ἐνωραΐζεται τῆς ἀφθαρσίας, καὶ πάντα ὅσα εἰς τὴν ἐναντίαν ἀποκέκριται τάξιν τῇ ἀποπτώσει τῆς καθα-

1 οἰκείων om E ἰδίων SΩ 2 ἀξιολόγων Ω, -λόγον Ω² ἀπείρῳ om SΩ 4 τοιαύτην E ἀποσεμνύνειν C 5 ἐπίσταται ex ἐπίσται K 8 ἐστιν om E 9 ἐστι EPS 10 ταύτης τῆς χάρ. S 11-12 παρθενία εὑρισκομένη SΩ 12 καὶ pr: τε v δίχα: οὐ διὰ SΩ 13 τῆς om Ω ἀρχηγῷ ESΩ (cf 265, 15 et 266, 11) 14 γενέσεως Ω 15 συνεκλάμψασαν E καὶ om EPv ἶσον Sv 16-17 τῇ usque ad καθαρ.: τῷ καθαρῷ καὶ ἀφθάρτῳ τοῦ πνεύματος ESΩ 19 ἐσήμανεν E 22 ἐναντίων: θείων S 23 καὶ alt uncinis exhibet v προθέσει Ω 24 τῆς ἀφθαρ. ἐνωρ. SΩ ὅσα πάντα v

ρότητος τοιαῦτά ἐστι καὶ ὀνομάζεται. τίς οὖν ἐξαρκέσει δύναμις λόγων τῇ τοσαύτῃ χάριτι παρισωθῆναι; ἢ πῶς οὐ φοβεῖσθαι χρή, μὴ διὰ τῆς τῶν ἐπαίνων σπουδῆς λυμήνηταί τις τῷ μεγαλείῳ τοῦ ἀξιώματος ἐλάττω τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν τῆς προειλημμένης τοῖς ἀκροαταῖς ἐμποιήσας;

Οὐκοῦν καλῶς ἔχει τοὺς μὲν ἐγκωμιαστικοὺς λόγους ἐπὶ ταύτης ἐᾶν, ὡς ἀμήχανον ταῖς ὑπερβολαῖς τῆς ὑποθέσεως συνεπᾶραι τὸν λόγον, ὡς δὲ ἔστι δυνατὸν ἀεὶ μεμνῆσθαι τοῦ θείου τούτου χαρίσματος καὶ ἐπὶ γλώττης ἔχειν 324 M. τὸ ἀγαθόν, ὅπερ ἴδιον μὲν τῆς ἀσωμάτου φύσεώς ἐστι καὶ ἐξαίρετον, ὑπὸ φιλανθρωπίας δὲ θεοῦ καὶ τοῖς διὰ σαρκὸς καὶ αἵματος λαχοῦσι τὴν ζωὴν ἐχαρίσθη, ἵνα καταβληθεῖσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπὸ τῆς ἐμπαθοῦς διαθέσεως, ὥσπερ τινὰ χεῖρα τὴν τῆς καθαρότητος μετουσίαν ὀρέξασα, πάλιν ὀρθώσῃ καὶ πρὸς τὰ ἄνω βλέπειν χειραγωγήσῃ. διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ τὴν πηγὴν τῆς ἀφθαρσίας αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μὴ διὰ γάμου εἰσελθεῖν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα ἐνδείξηται διὰ τοῦ τρόπου τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μέγα τοῦτο μυστήριον, ὅτι θεοῦ παρουσίαν καὶ εἴσοδον μόνη καθαρότης ἱκανή ἐστι δέξασθαι, ἣν ἄλλως οὐκ ἔστι πρὸς ἀκρίβειαν πᾶσαν κατορθωθῆναι, εἰ μὴ παντελῶς τις ἑαυτὸν τῶν τῆς σαρκὸς παθημάτων ἀλλοτριώσειεν. ὅπερ γὰρ ἐν τῇ ἀμιάντῳ Μαρίᾳ γέγονε σωματικῶς, τοῦ πληρώματος τῆς θεότητος ἐν τῷ Χριστῷ διὰ τῆς παρθενίας ἐκλάμψαντος, τοῦτο καὶ ἐπὶ πάσης ψυχῆς κατὰ λόγον παρθενευούσης γίνεται, οὐκέτι σωματικὴν ποιουμένου τοῦ κυρίου τὴν παρουσίαν· οὐ γὰρ

1 τε post ἐστίν (sic) add Ω 4 τὸ μεγαλεῖον Sv τῷ μεγάλῳ Ω ἐλάττων Ω 8 ὃν ante ταῖς add S 9 δὲ: καὶ v ἐστι P 10 τούτου om SΩv 11 καὶ om Ω, sscr Ω² 12 θεοῦ om SΩ 13 ἐγνωρίσθη SΩ ἐχαρ. ἵ. κατ. om E 16 ἀνορθώσῃ CSΩ ὀρθῶς ἢ E τὸ S χειραγωγήσει EΩ 17 γὰρ om SΩ 19 τὸν κόσμον: τὴν ἀνθρωπίνην ζωήν SΩ 19-20 ἐνανθρωπίσεως Ω 21 δείξασθαι v 23 τῆς om Pv σαρκικῶν v 24 γέγονε Μαρία SΩ 25 τοῦ: τὸ Ω 26 παρθένου v

γινώσκομεν ἔτι, φησί, κατὰ σάρκα Χριστόν· ἀλλὰ πνευματικῶς εἰσοικιζομένου καὶ τὸν πατέρα ἑαυτῷ συνεισάγοντος, καθώς φησί που τὸ εὐαγγέλιον.

Ἐπεὶ οὖν τοσαύτη ἐστὶ τῆς παρθενίας ἡ δύναμις, ὡς καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων μένειν καὶ μετὰ τῶν ὑπερκοσμίων χορεύειν δυνάμεων καὶ τῆς ἀνθρωπίνης σωτηρίας ἐφάπτεσθαι, τὸν μὲν θεὸν δι' ἑαυτῆς πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου κοινωνίαν κατάγουσα, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἐν ἑαυτῇ πρὸς τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιθυμίαν πτεροῦσα καὶ οἱονεὶ σύνδεσμός τις γινομένη τῆς ἀνθρωπίνης πρὸς τὸν θεὸν οἰκειώσεως, τὰ τοσοῦτον ἀλλήλων ἀφεστῶτα τῇ φύσει τῇ παρ' ἑαυτῆς μεσιτείᾳ εἰς συμφωνίαν ἀνάγουσα, τίς ἂν εὑρεθείη δύναμις λόγων συνανιοῦσα τῷ μεγέθει τοῦ θαύματος; ἀλλ' ἐπειδὴ παντελῶς ἄτοπον ἀφώνοις ἢ ἀναισθήτοις ὅμοιον φαίνεσθαι καὶ τῶν δύο τὸ ἕτερον, ἢ μὴ ἐπεγνωκέναι δοκεῖν τὰ τῆς παρθενίας καλὰ ἢ ἄπληκτον καὶ ἀκίνητον πρὸς τὴν τῶν καλῶν αἴσθησιν ἐπιδειχθῆναι, βραχέα τινὰ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν διὰ τὸ δεῖν ἐν πᾶσι πείθεσθαι τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἐπιτάξαντος ἡμῖν προεθυμήθημεν. μηδεὶς δὲ τοὺς κομπωδεστέρους παρ' ἡμῶν ἐπιζητείτω τῶν λόγων· ἔστι μὲν γὰρ οὐδὲ βουλομένοις ἡμῖν ἴσως δυνατὸν τὸ τοιοῦτον, ἀμελετήτοις οὖσι τῆς τοιαύτης λέξεως. εἰ δὲ καὶ παρῆν τοῦ κομπάζειν ἡ δύναμις, οὐκ ἂν τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος τὸ ἐν ὀλίγοις εὐδοκιμῆσαι προετιμήσαμεν. ζητεῖν γὰρ ἐξ ἁπάντων οἶμαι δεῖν τόν γε νοῦν ἔχοντα οὐκ ἐξ ὧν ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς θαυμασθήσεται, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς λοιποὺς ὠφελήσειεν.

1 II Cor 5, 16 Joan 14, 23

2 ἑαυτοῦ v 6 μετὰ usque ad δυνάμεων om CKESΩ 7 ἀφάπτεσθαι Ω 10 ἐπαίρουσα ESΩ τις om SΩ 12 ἀλλήλοις v μεσιτείᾳ ante τῇ παρ' SΩ τῇ ante μεσιτ. add S 13 εἰς: ἐν Ω ἄγουσα CKEPS λόγῳ Ω 14 τῷ μεγέθει om EPv τῷ θαύματι EPv 14-15 ἄτοπον παντελῶς Pv 16 ἐγνωκέναι SΩ 18 βραχεῖα Ω 19 ἐν: ἐπὶ Pv 20 κομποτέρους CK, -δεσ- sscr K 22 ἴσως ἡμῖν Ω ἴσως δυν. ἡμῖν S τὸ τοιοῦτον om SΩ 23 ἕξεως S 25 τοῦ ante εὐδ. add Ω 27 θαυμ. usque ad λοιποὺς om Ω πολλοὺς S

325 M.

Κεφάλαιον γ´

Μνήμη τῶν ἐκ τοῦ γάμου δυσχερῶν καὶ ἔνδειξις τοῦ τὸν γεγραφότα τὸν λόγον μὴ ἄγαμον εἶναι

Εἴθε δέ πως οἷόν τε ἦν κἀμοί τι γενέσθαι πλέον ἐκ τῆς τοιαύτης σπουδῆς, ὡς μετὰ πλείονος ἂν τῆς προθυμίας τὸν περὶ τούτων πόνον ἐνεστησάμην, εἴπερ κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετασχεῖν τῶν ἐκ τοῦ ἀρότρου καὶ ἀλοητοῦ γεννημάτων ἐφιλοπόνουν τὸν λόγον. νυνὶ δὲ τρόπον τινὰ ματαία καὶ ἀνόνητος ἡ γνῶσις ἐμοὶ τῶν τῆς παρθενίας καλῶν, ὡς τῷ βοῒ τὰ γεννήματα τῷ μετὰ κημῶν ἐπιστρεφομένῳ τὴν ἅλωνα ἢ ὡς τῷ διψῶντι τὸ ὑπορρέον τὸν κρημνὸν ὕδωρ, ὅταν ἀνέφικτον ᾖ. μακάριοι δὲ οἷς ἐν ἐξουσίᾳ τῶν βελτιόνων ἐστὶν ἡ αἵρεσις, καὶ οὐκ ἀπετειχίσθησαν τῷ κοινῷ προληφθέντες βίῳ, καθάπερ ἡμεῖς οἷόν τινι χάσματι πρὸς τὸ τῆς παρθενίας καύχημα διειργόμεθα, πρὸς ἣν οὐκ ἔστιν ἐπανελθεῖν ἔτι τὸν ἅπαξ τῷ κοσμικῷ βίῳ τὸ ἴχνος ἐναπερείσαντα. διὰ τοῦτο θεαταὶ μόνον τῶν ἀλλοτρίων ἐσμὲν καλῶν ἡμεῖς καὶ μάρτυρες τῆς ἑτέρων μακαριότητος· κἄν τι δεξιὸν περὶ παρθενίας νοήσωμεν, ταὐτὸν πάσχομεν τοῖς ὀψοποιοῖς τε καὶ ὑπηρέταις, οἳ τὴν ἐπιτραπέζιον τῶν πλουσίων τρυφὴν ἄλλοις ἡδύνουσιν, οὐδενὸς αὐτοὶ τῶν παρεσκευασμένων μετέχοντες. ὡς μακάριόν γε ἂν ἦν, εἰ μὴ οὕτως εἶχε μηδὲ τῇ ὑστεροβουλίᾳ τὸ καλὸν ἐγνωρίσαμεν. νυνὶ δὲ ζηλωτοὶ μὲν ὄντως καὶ πάσης εὐχῆς καὶ ἐπιθυμίας ἐπέκεινα πράττοντες, οἷς ἡ δύναμις τῶν ἀπολαύσεων τῶν ἀγαθῶν τούτων οὐκ ἀποκέκλεισται. ἡμεῖς δὲ καθάπερ οἱ τῇ πολυτελείᾳ τοῦ πλούτου τὴν ἑαυτῶν παραθεωροῦντες πενίαν πλεῖον

10 I Cor 9, 9-10 cf Deut 25, 4

1 οὗ EP ἐναργές: ἐν ἀρχαῖς CKEΩ ἀναρχίας S 2 ὥστε κατ' om EP ἀνάγκη EP 3 δὴ post ὅτε add v 5 δὲ: γὰρ E τὸ πρότερον Ω 6 παρατηρήσεσι SΩ 9 εἶναι εἰς Ω 11 παραλαβοῦσι KE 12 τῇ: τὴν E 13 γινώσκειν E 14 ἀλεξιτήριόν v τι K ἑτέρου SΩ 16 τῆς alt om SΩ φιλοσοφία S λέγω: δὲ (om Ω) αὕτη ἐστίν SΩ 17 παντὸς om Ω 19 ἐξουσία πολλὴ CΩv 21 τὸ om Ω 22 ἐπισφαλὴς om P (add P²) v σύμβουλον Ω 23 εὕρει Ω κατωρθωμένον v τί CK 24 ὃ K μὴ καὶ CK πολιᾶ EΩ 25 μείζω KP μεῖζον Sv 25-26 ἐστὶ(ν) post ἐπιτηδ. SΩ τὸ προκείμενον SΩ ἐστι ante τοῖς E τοῖς μ. σκοπός om SΩ

μᾶλλον προνοητέον ἡμῖν τῆς ἀσφαλείας ἐστίν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν λοιπῶν ἡ νεότης οὐ κατὰ λόγον διοικουμένη εἰς χρήματα πάντως τὴν ζημίαν ἤνεγκεν, ἤ τινος κοσμικῆς περιφανείας ἢ καὶ ἀξιώματος ἐκπεσεῖν παρεσκεύασεν· ἐπὶ δὲ τῆς μεγάλης τε καὶ ὑψηλῆς ταύτης ἐπιθυμίας οὐ χρήματα τὸ κινδυνευόμενόν ἐστιν οὐδὲ δόξα κοσμικὴ καὶ ἐφήμερος οὐδὲ ἄλλο τι τῶν ἔξωθεν ἡμῖν παρεπομένων, ὧν καὶ κατὰ γνώμην καὶ ὡς ἑτέρως διοικουμένων ὀλίγος τοῖς σωφρονοῦσιν ὁ λόγος, ἀλλ' αὐτῆς ἅπτεται τῆς ψυχῆς ἡ ἀβουλία καὶ ὁ κίνδυνος τῆς ζημίας ταύτης ἐστὶν οὐ τὸ ἄλλο τι ζημιωθῆναι, οὗ τυχὸν καὶ δυνατὴ φαίνεται ἡ ἐπανάληψις, ἀλλὰ τὸ αὐτὸν ἀπολέσθαι καὶ ζημιωθῆναι τὴν ψυχὴν τὴν ἰδίαν. ὁ μὲν γὰρ τὴν πατρῴαν καταναλώσας οὐσίαν οὐκ ἀπελπίζει τυχὸν ἐπινοίαις τισὶ πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἐπανελθεῖν εὐπορίαν, ἕως ἂν ἐν τοῖς ζῶσιν ᾖ· ὁ δὲ τῆς ζωῆς ταύτης ἐκπεσὼν πᾶσαν ἐλπίδα τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῆς συναφήρηται.

Οὐκοῦν ἐπειδὴ νέοι ἔτι καὶ ἀτελεῖς τὴν διάνοιαν οἱ πολλοὶ τῆς παρθενίας ἀντιλαμβάνονται, τοῦτο πρὸ πάντων αὐτοῖς ἐπιτηδευτέον ἂν εἴη, τὸ ζητῆσαι τῆς ὁδοῦ ταύτης ἀγαθὸν καθηγεμόνα τε καὶ διδάσκαλον, μή που διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς ἀνοδίας τινὰς καὶ πλάνας ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς εὐθείας καινοτομήσωσιν. Ἀγαθοὶ γὰρ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα, φησὶν ὁ ἐκκλησιαστής· εὐκαταγώνιστος

1 ἡμῖν προνοητέον Ω ἐστίν om SΩ 4 καὶ om SΩ ἐκπεσεῖν παρεσκεύασεν: ἀπεστέρησεν SΩ παρεσκεύασεν: κατηνάγκασεν Pv 5 χρῆμα SΩ 6-7 δόξα usque ad οὐδὲ om Ω ἐπίκηρος E 7 οὐδ' v 8 ὧν: τῶν CKE, τῶν P καὶ pr: γε Ω χωρούντων SΩ ὀλίγος: ὁδηγὸς CK 10 ταύτης: τοιαύτης, quod post τῆς coll Pv ἐστὶν ταύτης E 11 οὗ usque ad ζημιωθῆναι (12) om Ω φανεῖται ES 12-13 τὴν ψ. τ. ἰδίαν: τὴν ἰδίαν ψυχὴν SΩ 15 ἐλθεῖν C ἦν Ω 18 ἔτι om Ω τὴν δ. om Ω 20 ἂν εἴη om SΩ 21 ἀγαθὸν post διδάσκαλον CKPv καθηγούμενον v καθ' ἡγεμόνα CE 22 ἀνοδίας τ. κ. πλάνας: λοξώδεις τινὰς καὶ πεπλανημένας SΩ λοξώδεις ante ἀνοδίας add K, sed in mg adscr C 23 καινοτομήσουσιν CKΩ

δὲ ὁ εἷς τῷ ἐχθρῷ τῷ κατὰ τὰς θείας ὁδοὺς ἐνεδρεύοντι· καὶ ὄντως Οὐαὶ τῷ ἑνὶ ὅταν πέσῃ, ὅτι οὐκ ἔχει τὸν ἀνορθοῦντα. ἤδη γάρ τινες ὁρμῇ μὲν δεξιᾷ πρὸς τὴν τοῦ σεμνοῦ βίου ἐπιθυμίαν ἐχρήσαντο, ὡς δὲ ὁμοῦ τῷ προελέσθαι καὶ τῆς τελειότητος ἐφαψάμενοι, ἑτέρῳ πτώματι διὰ τοῦ
409 M. τύφου ὑπεσκελίσθησαν, διά τινος φρενοβλαβείας ἑαυτοὺς ἐξαπατήσαντες ἐκεῖνο ἡγεῖσθαι καλόν, ἐφ' ὅπερ ἂν αὐτῶν ἡ διάνοια ῥέψῃ. ἐκ τούτων εἰσὶν οἱ παρὰ τῆς Σοφίας ὀνομασθέντες ἀεργοί, οἱ τὰς ὁδοὺς ἑαυτῶν ἀκάνθαις στρώσαντες, οἱ βλάβην ἡγούμενοι τῆς ψυχῆς τὴν περὶ τὰ ἔργα τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ προθυμίαν, οἱ παραγραψάμενοι τὰς ἀποστολικὰς παραινέσεις καὶ μὴ τὸν ἴδιον ἄρτον εὐσχημόνως ἐσθίοντες, ἀλλὰ τῷ ἀλλοτρίῳ προσκεχηνότες τέχνην βίου τὴν ἀργίαν ποιούμενοι. ἐντεῦθεν οἱ ἐνυπνιασταὶ οἱ τὰς ἐκ τῶν ὀνείρων ἀπάτας πιστοτέρας τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων ποιούμενοι καὶ ἀποκαλύψεις τὰς φαντασίας προσαγορεύοντες· ἀπὸ τούτων εἰσὶν οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας καὶ πάλιν ἄλλοι οἱ τὸ ἄμικτόν τε καὶ θηριῶδες ἀρετὴν νομίζοντες καὶ τὴν τῆς ἀγάπης ἐντολὴν οὐ γνωρίζοντες οὐδὲ τῆς μακροθυμίας τε καὶ ταπεινοφροσύνης τὸν καρπὸν ἐπιστάμενοι.

Καὶ τίς ἂν διεξέλθοι πάντα τὰ τοιαῦτα πτώματα, εἰς ὅσα ἐκφέρεται τῷ μὴ θέλειν τοῖς κατὰ θεὸν εὐδοκιμοῦσι προστίθεσθαι; ἐκ τούτων γὰρ ἔγνωμεν καὶ τοὺς τῷ λιμῷ

2 Eccles 4, 10 9-10 Prov 15, 19 12 I Thessal 4, 11

1 τῷ alt: τὸ Ω εὐθείας P 2 οὕτως S ὅταν: ἐὰν Ω ὅταν πέσῃ om E 4 ἐπιθυμίαν om Ω τὸ KEP^2Ω 5 ἐφαψάμενοι: ἔδοξαν ἅψασθαι S 6 ὑπεσκελλίσθησαν KΩ (-λη-) διά: ἐκ SΩ 7 ὤπερ S ἂν om CKPv 8 ῥέψει KP 9 αὐτῶν Pv ἐν ἀκάνθαις Ω 11 τοῦ θεοῦ om EPSΩv 13 προσεσχηκότες C προστετηκότες Pv 15 οἱ om Ω ὀνείρων: θηρίων P 17 εἰσὶν om SΩ εἰσδύνοντες CK ἐνδύοντες P 18 οἱ om Ω τε om SΩ 19-20 καὶ τὴν usque ad γνωρίζοντες om CKEPv 20 μακροθυμίας: εὐθείας CK, εὐπειθείας SΩ ergo archetypus CK εὐπειθείας habuit εὐπειθείας SΩ corruptum, εὐθείας CK, μακροθυμίας EP ex coniect ut vid (cf 340, 18, ubi εὐπειθείας ex εὐπλοΐας corruptum est) 23 ἐκφέρονται S τῷ: τὸ CKEΩ

μέχρι θανάτου ἐγκαρτεροῦντας, ὡς τοῦ θεοῦ ταῖς τοιαύταις εὐαρεστουμένου θυσίαις, καὶ πάλιν ἄλλους ἐκ διαμέτρου πρὸς τὸ ἐναντίον ἀποστατήσαντας, οἳ μέχρις ὀνόματος τὴν ἀγαμίαν ἐπιτηδεύσαντες οὐδὲν διαφέρουσι τοῦ κοινοῦ βίου, οὐ μόνον τῇ γαστρὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν χαριζόμενοι, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶ κατὰ τὸ φανερὸν συνοικοῦντες καὶ ἀδελφότητα τὴν τοιαύτην συμβίωσιν ὀνομάζοντες, ὡς δὴ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ὑπόνοιαν ὀνόματι σεμνοτέρῳ περικαλύπτοντες. δι' ὧν καὶ σφόδρα τὸ σεμνὸν τοῦτο καὶ καθαρὸν ἐπιτήδευμα βλασφημεῖται παρὰ τῶν ἔξωθεν.

Οὐκοῦν λυσιτελὲς ἂν εἴη μὴ νομοθετεῖν ἑαυτοῖς τοὺς νέους τὴν τοῦ βίου τούτου ὁδόν· οὐ γὰρ ἐπιλέλοιπε τὴν ζωὴν ἡμῶν τὰ τῶν ἀγαθῶν ὑποδείγματα, ἀλλὰ καὶ σφόδρα νῦν, εἴπερ ποτέ, ἡ σεμνότης ἤνθησε καὶ ἐπιχωριάζει τῷ βίῳ ἡμῶν πρὸς τὸ ἀκρότατον ταῖς κατ' ὀλίγον προσθήκαις ἀκριβωθεῖσα, ἧς ἔξεστι μετασχεῖν τὸν τοῖς τοιούτοις ἴχνεσι περιπατοῦντα καὶ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου τούτου κατόπιν ἑπόμενον τῆς εὐωδίας τοῦ Χριστοῦ ἀναπίμπλασθαι. καθάπερ γὰρ μιᾶς ἐξαφθείσης λαμπάδος εἰς πάντας τοὺς προσεγγίζοντας λύχνους ἡ τῆς φλογὸς διάδοσις γίνεται, οὔτε τοῦ πρώτου φωτὸς ἐλαττουμένου καὶ τοῖς διὰ μεταλήψεως φωτιζομένοις κατὰ τὸ ἴσον προσγινομένου, οὕτω
412 M. καὶ ἡ τοῦ βίου τούτου σεμνότης ἀπὸ τοῦ κατωρθωκότος αὐτὴν ἐπὶ τοὺς προσεγγίζοντας διαδίδοται· ἀληθὴς γὰρ ὁ προφητικὸς λόγος, τὸν μετὰ ὁσίου καὶ ἀθῴου καὶ ἐκλεκτοῦ διάγοντα τοιοῦτον γίνεσθαι.

Εἰ δὲ ζητεῖς τὰ γνωρίσματα, δι' ὧν οὐκ ἔστιν ἁμαρτεῖν

26 Ps 17, 26-27

1 μέχρις Ω 3 ἀποστήσαντας Ω ἀποστατήσαντες P 4 ἐπιτηδεύοντες CSΩ βίου om Ω 5 οἳ οὐ Ω τὴν ἡδονὴν CKS καὶ om v 6 ἀδελφότητι P 10 Κεφάλ. κδ' "Οτι usque ad διδάσκεσθαι post ἔξωθεν exhibet v (cf 333, 11-14) 13 καὶ om S 14 ποτὲ ἄλλοτε SΩ 15 ἡμῶν om SΩ 16 τοιούτοις (ii lit in ras ante -ού-) C τοιούτοις: αὐτοῖς Ω, αὐτῆς S 18 ἐρχόμενον Ω 20 ἡ om Ω 22 οὕτως Ω 23 κατορθωκότως Ω κατορθώσαντος C 25 τοῦ ὁσίου Ω 26 γενέσθαι S

τοῦ ἀγαθοῦ ὑποδείγματος, εὔκολος ἡ ὑπογραφή. ἐὰν ἴδῃς βίον ἀνδρὸς ἐν μέσῳ θανάτου καὶ ζωῆς ἑστῶτα καὶ τὸ ἑκατέρωθεν χρήσιμον εἰς φιλοσοφίαν αἱρούμενον, οὔτε τὸ ἄπρακτον τοῦ θανάτου καταδεχόμενον ἐν τῇ περὶ τὰς θείας ἐντολὰς προθυμίᾳ οὔτε ὅλῳ τῷ ποδὶ ἐπὶ τῆς ζωῆς βεβηκότα διὰ τὴν τῶν κοσμικῶν ἐπιθυμιῶν ἀλλοτρίωσιν, ἀλλ' ἐν οἷς μὲν σαρκὸς ζωὴ δοκιμάζεται, τῶν νεκρῶν ἀπρακτότερον μένοντα, πρὸς δὲ τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα, δι' ὧν οἱ τῷ πνεύματι ζῶντες ἐπιγινώσκονται, ἀληθῶς ἔμψυχον καὶ ἐνεργὸν καὶ ἰσχύοντα, πρὸς τοῦτον βλέπε τὸν κανόνα τοῦ βίου. τοῦτον τέθεικε σκοπὸν ὁ θεὸς τῇ ἡμετέρᾳ ζωῇ. οὗτος ἔστω σοι σκοπὸς τῆς θείας ζωῆς, καθάπερ τοῖς κυβερνήταις οἱ ἀειφανεῖς τῶν ἀστέρων. μίμησαι τούτου καὶ πολιὰν καὶ νεότητα, μᾶλλον δὲ μίμησαι αὐτοῦ τὸ ἐν μειρακίῳ γῆρας καὶ τὴν ἐν τῷ γήρᾳ νεότητα· οὔτε γὰρ τὸ ῥωμαλέον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς καὶ δραστήριον ἤδη πρὸς γῆρας ἐπικλιθείσης τῆς ἡλικίας ὁ χρόνος ἠμαύρωσεν οὔτε ἡ νεότης ἐνεργὸς ἦν ἐν οἷς νεότης ἐνεργοῦσα γνωρίζεται· ἀλλά τις ἦν μίξις θαυμαστὴ τῶν ἐναντίων ἐν ἑκατέρᾳ τῇ ἡλικίᾳ, μᾶλλον δὲ ὑπαλλαγὴ τῶν ἰδιωμάτων, ἐν γήρᾳ μὲν τῆς δυνάμεως πρὸς τὸ ἀγαθὸν νεαζούσης, ἐν μειρακίῳ δὲ τῆς νεότητος πρὸς τὸ κακὸν ἀπρακτούσης. εἰ δὲ καὶ τοὺς ἔρωτας τῆς ἡλικίας ἐκείνης ἀναζητεῖς, μίμησαι τὸ

1 εὐκόλως Ω 2 ἀνθρώπου S ἀνδρὸς in ras Ω ἑστῶτα usque ad οὔτε (5): ἐνδεικνύμενον (om K, δεικνύμενον E) μήτε παντελῶς πρὸς τὸν θάνατον τετραμμένον μήτε KEP καὶ alt om SΩv 4 θείας om KEPSΩv 6 διὰ usque ad ἀλλοτρίωσιν om KEP ἀλλ' om v 7 σαρκὸς μὲν C 7-8 τῶν ν. ἀ. μένοντα: τοῖς νεκροῖς ἐναρίθμιον KEP 9 ζέοντες P 10 βλέπειν Ω 11 verba τοῦτον usque ad ζωῇ post λάμποντας (340, 6) coll SΩv 12 οὗτος usque ad λάμποντας (340, 6): ὄψει δὲ οὐχ ἕνα μόνον ἀλλὰ χορὸν ἁγίων ὑπὸ καθηγεμόνι τῷ κορυφαίῳ ταττόμενον· τοὺς μίμησιν τοῦ κατωρθωκότος ποιουμένους KEP οὕτως Ω σου Ω ὁ σκοπὸς C 13 ἄστρων C μιμήσῃ Ω 16 τῆς ψυχῆς om C καὶ om v τὸ γῆρας C 17 ὁ om Ω 18 ἐνεργὸς: ἐνεργὴς v ἐνεργοῦσα: ἐνεργὴς v 19 θαυμαστὴ om C τῇ om v 20 δὲ om v 23 ἀναζητήσεις Sv

σφοδρὸν καὶ διάπυρον τοῦ θείου τῆς σοφίας ἔρωτος, ᾧ ἐκ νηπίου συνηυξήθη καὶ μέχρι γήρως διήρκεσεν. εἰ δὲ ἀδυνατεῖς πρὸς αὐτὸν ὁρᾶν, καθάπερ πρὸς τὸν ἥλιον οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐμπαθέστεροι, ἀπόβλεψον εἰς τὸν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένον τῶν ἁγίων χορόν, τοὺς πρὸς μίμησιν τῶν καθ' ἡλικίας γενομένων τῷ βίῳ λάμποντας, ἐν οἷς πολλοὶ ταῖς ἡλικίαις νεάζοντες ἐν τῷ καθαρῷ τῆς σωφροσύνης ἐπολιώθησαν, φθάσαντες τῷ λογισμῷ τὸ γῆρας καὶ τρόπῳ τὸν χρόνον ὑπερβαλλόμενοι, οἳ τὸν τῆς σοφίας ἔρωτα σφοδρότερον καὶ βιαιότερον τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ἐπεδείξαντο, οὐχ ὅτι φύσεως ἑτέρως εἶχον (ἐν ἅπασι γὰρ ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος), ἀλλ' ἐπειδὴ καλῶς ἤκουσαν τοῦ εἰπόντος, ὅτι ἡ σωφροσύνη ξύλον ἐστὶ ζωῆς πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς. ἐπὶ τούτου τοῦ ξύλου τὸν τῆς νεότητος κλύδωνα ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας τινὸς διαπλεύσαντες εἰς τὸν λιμένα τοῦ θελήματος τοῦ θεοῦ καθωρμίσθησαν, καὶ νῦν ἐν εὐδίᾳ καὶ γαλήνῃ τὴν ψυχὴν ἀκύμαντον ἔχουσι, μακαριστοὶ τῆς εὐπλοΐας, οἳ τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἐπὶ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος ὥσπερ ἐπί τινος ἀσφαλοῦς ἀγκύρας βεβαιωσάμενοι πόρρω τῶν κυμάτων τῆς ταραχῆς ἀτρεμοῦσι, καθάπερ πυρσούς τινας ἀπὸ ὑψηλῆς φρυκτωρίας τὴν τῶν ἰδίων βίων λαμπρότητα τοῖς ἑπομένοις προτείνοντες. οὐκοῦν ἔχομεν πρὸς ὃν ἀποβλέψαντες ἀσφαλῶς τὸν κλύδωνα τῶν πειρασμῶν διαπλεύσωμεν.

Τί μοι πολυπραγμονεῖς, εἴ τινες τῶν ταῦτα διανοη-

12 Gal 5, 17 13 Prov 3, 18

2 νηπίας v 4 σὺ δὲ ante ἀπόβλ. add SΩv 5 τοὺς: τῶν Ω 7 ἡλικίαν Sv τῷ: τὸ Ω 8 τὸ post καὶ add SΩ, τῷ v 9 ὑπερβαλόμενοι? παρελθόντες, quod ante τὸν pr coll SΩv 10 σφοδρότερον usque ad ἐπεδείξαντο: μόνον ἐγνώρισαν SΩv 11 ἑτέρω ἔσχον Ω 13 καλῶς post εἰπόντος add S ἔστι K ζωῆς ἐστι EΩ 15 νεότητος: ζωῆς Pv ἐπὶ om P 16 θελήμ. τοῦ om Ω 18 εὐπειθείας Ω τὸ: τὰ S 19-20 ἐβεβαίωσαν (sic) ἀγκύρας CKEP 20 οἱ ante πόρρω add CKEP τῆς ante τῶν CKEP ἀτρεμοῦντες v 21 πύργους CKEP ἀφ' SΩ 22 τὴν om Ω τὸν ἴδιον βιον Ω προτείνοντες: προέθηκαν CKEPv 23 ὃν: θεὸν CKEP ἀποβλέποντες Pv 24 τῶν πειρασμῶν om P διαπλεύσομεν S διαφυγεῖν CKEPv

θέντων ἡττήθησαν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπογινώσκεις ὡς ἀμη-
413 M. χάνου τοῦ πράγματος; πρὸς τὸν κατωρθωκότα βλέπε, καὶ θαρρῶν κατατόλμησον τῆς ἀγαθῆς ναυτιλίας τῇ ἐπινοίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπὸ κυβερνήτῃ τῷ Χριστῷ ἐν τῷ πηδαλίῳ τῆς σωφροσύνης κατευθυνόμενος. οὐδὲ γὰρ οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν θάλασσαν ἐν πλοίοις καὶ ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς τὸ συμβάν τινι ναυάγιον κώλυμα τῶν ἐλπίδων πεποίηνται, ἀλλὰ τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα ἑαυτῶν προβαλλόμενοι ἐπὶ τὸ πέρας τοῦ κατορθώματος σπεύδουσιν. ἢ οὐχὶ πάντων ἀτοπώτατον ἂν εἴη τὸ μὲν σφαλῆναί τινα ἐν τῷ διηκριβωμένῳ βίῳ πονηρὸν τίθεσθαι, ὅλον δὲ τὸν βίον καταγηρῶντας ἐν σφάλμασιν ἄμεινον ἡγεῖσθαι βουλεύεσθαι· εἰ γὰρ δεινόν ἐστιν ἅπαξ προσεγγίσαι τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο ἀσφαλὲς εἶναι νομίζεις τὸ μηδὲ ἐγχειρεῖν τῷ ὑψηλοτέρῳ σκοπῷ; πόσῳ χαλεπώτερόν ἐστιν ἐπιτήδευμα βίου τὴν ἁμαρτίαν ποιήσασθαι καὶ διὰ τοῦτο ἀμέτοχον καθόλου τῆς καθαρωτέρας διαμεῖναι ζωῆς; πῶς ἀκούεις τοῦ ἐσταυρωμένου, ὁ ζῶν, τοῦ ἀποθανόντος τῇ ἁμαρτίᾳ, ὁ κατ᾽ αὐτὴν ὑγιαίνων, τοῦ κελεύοντος ἀκολουθεῖν ὀπίσω αὐτοῦ, ὥσπερ τι τρόπαιον κατὰ τοῦ ἀντικειμένου τὸν σταυρὸν ἐπὶ τοῦ σώματος φέροντος ὁ μὴ σταυρούμενος τῷ κόσμῳ καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς σαρκὸς μὴ δεχόμενος; πῶς πείθῃ τῷ παρακαλοῦντί σε Παύλῳ παραστῆσαι τὸ σῶμά σου θυσίαν ζῶσαν ἁγίαν εὐάρεστον τῷ θεῷ ὁ συσχηματιζόμενος τῷ αἰῶνι τούτῳ

4 ἁγίου om PΩ   5 ἐν usque ad σωφροσύνης om EP   εὐφροσύνης v   εὐθυνόμενος EPv   οὔτε Ω   6 τὴν om ESΩv   6-7 καὶ usque ad πολλοῖς om E   10 ἦ v   οὐχὶ om SΩ   11 ἠκριβωμένῳ v   βίῳ om v   13 βουλεύεσθαι om Ω   14 προσπταῖσαι ESΩ   15 νομίζειν S   μὴ δὲ PS   16 ἐστιν: ὅταν τίς SΩ   ἀφορίαν Ω   ποιήσηται S   ποιήσετε Ω   17 ἀμέτοχον: ἀπείρατος SΩ   18 διαμείνῃ SΩ   ζωῆς διαμείνῃ Ω   ἀκούῃς v   ἀκούσεται SΩ   τοῦ om Ω   19 καθαυτὴν Ω   20 ἀκολουθεῖν: τὴν ἀκολούθησιν EPv   ὀπίσω: ὅπως E   21 φέροντα SΩ   22 σταυρωθῇς Ω   σταυρωθεὶς S   22-23 τῆς σαρκὸς: τοῦ σώματος Ω   23 πεισθῇς S   25 αἰῶνι: κόσμῳ S

καὶ μὴ μεταμορφούμενος τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοός σου μηδὲ περιπατῶν ἐν τῇ καινότητι τῆς ζωῆς ταύτης, ἀλλ' ἔτι τὴν ἀκολουθίαν τῆς τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου ζωῆς περιέπων; πῶς ἱερατεύεις θεῷ καίτοι εἰς αὐτὸ τοῦτο χρισθείς, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρον τῷ θεῷ, δῶρον δὲ οὐκ ἀλλότριόν τι πάντως οὐδὲ ὑποβολιμαῖον ἐκ τῶν ἔξωθέν σοι παρεπομένων, ἀλλὰ τὸ ἀληθῶς σόν, ὅπερ ἐστὶν ὁ ἔσω σου ἄνθρωπος, τέλειός τε καὶ ἄμωμος εἶναι ὀφείλων κατὰ τὸν περὶ τοῦ ἀμνοῦ λόγον, πάσης κηλῖδος τε καὶ λώβης ἀπηλλαγμένος; πῶς οὖν ταῦτα προσοίσεις θεῷ, ὁ μὴ ἀκούων τοῦ νόμου τοῦ κωλύοντος ἱερᾶσθαι τὸν ἄναγνον; εἰ δὲ καὶ τὸν θεὸν ἐπιφανῆναί σοι ποθεῖς, τί οὐκ ἀκούεις τοῦ Μωυσέως καθαρεύειν ἀπὸ γάμου τῷ λαῷ παραγγέλλοντος, ἵνα χωρήσωσι τοῦ θεοῦ τὴν ἐμφάνειαν; εἰ δὲ μικρά σοι ταῦτα δοκεῖ, τὸ συσταυρωθῆναι Χριστῷ, τὸ παραστῆσαι ἑαυτὸν θυσίαν τῷ θεῷ, τὸ ἱερέα γενέσθαι τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, τὸ τῆς μεγάλης τοῦ θεοῦ ἐπιφανείας ἀξιωθῆναι, τί σοι τούτων ἐπινοήσωμεν ὑψηλότερον, εἴ πού σοι μικρὰ καὶ τὰ ἀπὸ τούτων δόξει; ἐκ μὲν γὰρ τοῦ συσταυρωθῆναι καὶ συζῆσαι καὶ συνδοξασθῆναι καὶ συμβασιλεῦσαι προσγίνεται, ἐκ δὲ τοῦ ἑαυτὸν παραστῆσαι τῷ θεῷ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως καὶ ἀξίας εἰς τὴν ἀγγελικήν ἐστι μετατάξασθαι. οὕτω γάρ φησι καὶ ὁ Δανιὴλ ὅτι Χίλιαι χιλιάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. ὁ δὲ τῆς ἀληθινῆς ἱερωσύνης λαβόμενος καὶ τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ ἑαυτὸν συντάξας μένει

1 Rom 12, 1-2 11 Exod 19, 22 12 Exod 19, 15
24 Dan 7, 10

1 ἀναμορφούμενος Ω 2 μὴ S τῇ om S, τῆς add S² ἀνακαινότητι Ω 4 ἱερεύσεις SΩ καίτοι: καὶ σὺ C 5 δῶρον pr: δῶρα Ω τῷ θεῷ om SΩ 5-6 ἀλλότριόν τι: ἄλλό τι ὄντι E 6 παρεπόμενον CP 7 σόν: ὂν E σου om v 8 περὶ om E 9 τοῦ om S λόγον: νόμον EPv τε om CE ἀπηλλαγμένον Sv 11 νόμου τοῦ om Pv κωλύεσθαι v 12 Μωσέως CKEPSv 15 σταυρωθῆναι S σεαυτὸν EΩ 16 τῷ om Ωv 18 ἐπινοήσομεν CKP ἐννοήσομεν S, ex corr εἴ: ἢ EΩ, ἧ S εἴ που: εἴπερ v 19 δόξοι Ω 20 συνζῆσαι Ω γίνεται S 21 τῷ om SΩ 23 οὕτως CKEPΩ καὶ om CKESΩ ὁ om ESΩ 25 συντάξας ἑαυτὸν E μενεῖ S

πάντως καὶ αὐτὸς ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, οὐκέτι θανάτῳ παραμένειν εἰς τὸ διηνεκὲς κωλυόμενος. τοῦ δὲ τὸν θεὸν αὐτὸν καταξιωθῆναι ἰδεῖν οὐκ ἄλλος τίς ἐστιν ὁ 416 M. καρπὸς ἢ αὐτὸ τοῦτο τὸ καταξιωθῆναι τὸν θεὸν ἰδεῖν. πάσης γὰρ ἐλπίδος ἡ κορυφὴ καὶ πάσης ἐπιθυμίας κατόρθωμα, εὐλογίας τε θεοῦ καὶ ἐπαγγελίας πάσης καὶ τῶν ἀρρήτων ἀγαθῶν τῶν ὑπὲρ αἴσθησίν τε καὶ γνῶσιν εἶναι πεπιστευμένων τὸ πέρας καὶ τὸ κεφάλαιον τοῦτό ἐστιν, ὃ καὶ Μωυσῆς ἰδεῖν ἐπεπόθησε καὶ πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν· ἀξιοῦνται δὲ μόνοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, οἱ διὰ τοῦτο ὄντως μακάριοι καὶ ὄντες καὶ ὀνομαζόμενοι, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται, ὧν ἕνα καὶ σὲ βουλόμεθα γενέσθαι συσταυρωθέντα Χριστῷ, παραστάντα θεῷ ἁγνὸν ἱερέα καὶ καθαρὸν θῦμα γενόμενον ἐν πάσῃ καθαρότητι διὰ τῆς ἁγνείας ἑαυτὸν ἑτοιμάσαντα τῇ τοῦ θεοῦ παρουσίᾳ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἴδῃς τὸν θεὸν ἐν καθαρᾷ τῇ καρδίᾳ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

10-12 Matth 5, 8

1 ἀρχιερεὺς S μηκέτι S τῷ θανάτῳ CS θάνατα Ω 2 κελευόμενος CKEP 3 αὐτὸν: εἰπεῖν Pv ἀξιωθῆναι Ω 4 ἀξιωθῆναι S 5 κατόρθωμα om Pv 6 καὶ pr om v 7 εἶναι om v 8 ὃ om Ω 9 ὁ Μωσῆς Ωv Μωσῆς ESΩv 10 οὗ ante ἀξιοῦνται add S δὲ om S 11 ὄντως: ὄντες Ω 12 ἕνα: ἕνεκα Ωv 13 γενέσθαι βουλόμεθα SΩ 14 τῷ θεῷ v 16 εἴδῆς E[2] 18 ᾧ: μεθ' οὗ ESΩ ἡ: τῷ πατρὶ S τῷ παντοκράτορι πατρὶ (πατρὶ om E) σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι post δόξα add EΩ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι post δόξα add S καὶ τὸ κράτος om ESΩv 19 τέλος σὺν θεῷ τοῦ περὶ παρθενίας λόγου post ἀμήν subscr K

VITA S. MACRINAE

EDIDIT

VIRGINIA WOODS CALLAHAN

PRAEFATIO

In edenda Vita Macrinae usa sum magno numero codicum, qui in duas classes distribui possunt. libri optimi utriusque generis eidem sunt quos in aliis Gregorii operibus habemus et ratio eorum mutua fere eadem est quae in illis. sic exempli causa K, N, Par. 584, Vind. 42 et 35, Mus. Brit. Old Royal 16 D XI ad eandem stirpem pertinent; at S et E, Par. 503, Vat. 401 in opposito campo sunt. similiter W. Jaeger in libro De professione Christiana duas classes distinxit, quae cum his coincidunt, nisi quod quae apud illum secundum locum obtinet, primam numeravi. sed cum codices plerique ante hanc editionem numquam collati et examinati sint, primum singulos describam et quantum valeant exponam, tum de recensendi munere et ratione pauca addam.

DE CLASSE PRIMA

KNO Duces huius generis librorum manu scriptorum sunt Venetus graecus 67 (K), Oxoniensis Bodleianus Cromwell 9 (N), et Parisinus graecus 584 (O). ad eos accedunt in hoc libro codices Vaticanus graecus 2066 augustae aetatis, Vindobonensis theol. gr. 42, et quattuor alii codices saeculi duodecimi. praeterea aliquot libri recentiores Vitam continent, quos infra enumerabo. de K, N et Parisino 584 in praefationibus (p. 112 et 160) reliquorum operum, quae hoc volumine continentur, dictum est, neque hos iterum describere opus esse videtur. textus Vitae Macrinae in K usque ad p. 398, 3 deficit, itaque loco eius codicem Bodleianum N in apparatu critico adhibui, sed ab eo loco, ubi K incipit, eo pro N usa sum. codices KN et Par. 584 eundem textum praebent et ut in libris aliis ex eodem

fonte fluxerunt. in apparatum adscivi etiam Marcianum
Ψ gr. 69 (Ψ), quo iam Jaeger in edendis contra Eunomium libris usus est. Ψ angusto propinquitatis vinculo cum KN coniunctus est. ceteris libris huius stirpis duodecimi saeculi, cum eorum textus cum codicibus ante commemoratis fere consentiat, in apparatu non usa sum. etiam recentiores libros ex eo dimisi. sed iam ad singulos codices percensendos accedam.

Mon. 23 Ac primum quidem mentionem faciamus oportet codicis Monacensis graeci 23 chartacei saeculi XVI, qui aliqua opera Gregorii continet. de eo iam Jaeger in praefatione libri De perfectione accuratius egit, ita ut lectorem ad eam referre possim (p. 158). quod autem Jaeger ibi ostendit Monacensem ex Veneto K descriptum esse, id Vita Macrinae confirmatur. nam prima pars Vitae cum desit in K, etiam in codice Monacensi deficit. hunc igitur in apparatu critico non adhibui.

Libri duodecimi saeculi duo, Messanensis 3 et Vat. gr. 1595, ex eodem memoriae ramo pendent, quem in apparatu critico K et N repraesentant, sed difficile est dicere utrum e K ipso vel ex libro ei simillimo derivati sint. utique ad cognoscendum textum huius generis nihil contribuunt quod non ex K et N discere possimus. sed quamquam neutro eorum usa sum, hoc loco eos paulo accuratius describam.

ω Codex Messanensis bibliothecae universitatis 3 (ω) membranaceus olim monasterii Sancti Salvatoris ff. 293-306 Vitam S. Macrinae exhibet. Pasquali hunc librum saeculo decimo tertio attribuit. scatet erroribus, scriba homo incultus fuisse videtur, qui in describendo exemplari suo multa peccavit. contulit B. Stenzel, quae phototypias totius Vitae praesto habuit. propter similitudinem textus, quem praebet, post Messanensem
π nominandus est codex Vaticanus graecus 1595 (π)

membranaceus minusculis litteris saeculo XII exaratus, qui post opera quaedam aliorum auctorum Christianorum, quos enumerare longum est, ff. 167r-182v continet λόγος ιη: ἰουλίω ιθ' τοῦ μακαρίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης εἰς τὸν βίον τῆς μακαρίας Μακρίνης τῆς ἑαυτοῦ ἀδελφῆς. etsi multis locis erroribus deformatus est hic codex multo integrior est quam Messanensis. textum Vitae contulit ex tabellis photographicis J. E. Walsh, cuius collationem rursus examinavit J. P.
T Cooke. alius codex cum his duobus maxime cognatus est Parisinus graecus 453 (T) saeculo XVI-XVII ex parte a Johanne de S. Mauro scriptus. ff. 45r-58v continet Vitam Macrinae. initium Vitae deest. contulit ex tabellis photographicis B. Stenzel. in fine Vitae scriba addit: Descriptus est presens libellus de Vita Beate Macrinae ex quodam codice vetusto quidem, sed valde mendoso, Bibliothecae Cryptoferratensis. cetera quae scribit minus hic curo. quis codex fons eius fuerit, nescio. certe inter codices Vitae S. Macrinae Cryptoferratensis iam non extat. codex Parisinus proxime cum Vaticano 1595 congruit et multos errores hi duo communes habent. nisi igitur Vaticanus ipse ille codex olim Cryptoferratensis est, quem scriba Parisini commemorat, ei simillimus fuisse videtur. re vera antiquissimum esse hunc ramum primae classis ostenditur fragmento, quod in codice Mus. Brit. Add. 22509 conservatum est. est folium a codice avulsum, quod continet textum Vitae a p. 396, 24 usque ad p. 399, 1. litteris minusculis decimi saeculi scriptum est; textus varias lectiones praebet, quae partim in hoc uno codice partim in N et Par. 453 occurrunt. codices Vat. 1595 et Par. 453 ex eodem fonte provenisse testes sunt hi loci, quibus eosdum errores exhibent: p. 383, 2-3 δυνάμεων om πT; 387, 11 τις om πT; 389, 17 τε om πT; 389, 21 ἐν om πT; 395, 6 νὺξ om πT; 412, 1-2 καὶ ... εὐχὴ om πT; 412, 18 πρὸς om πT;

412, 18 ὃν om πT; 388, 3 ἐν ante αὐτῷ add πT; 405, 18 δὲ post ἑσπέρας add πT; 411, 10 καὶ post ὁρμὴ add πT; 411, 21 ἡ ante μητρός add πT; 380, 24 τι ante δυσγενές coll πT; 385, 11 σῶμα ante ἐναποθέσθαι coll πT; 388, 9 τῆς παρουσίας, post φήμη coll πT; 394, 19 αἱ ante τῶν coll πT; 399, 18 γίνεται post ὕπνου coll πT; 401, 3 τὸ πάθος ante παρὰ coll πT; 408, 3 ἡμῖν ante τῆς coll πT; 411, 10 ἡμῖν ante ἦν coll πT; 381, 16 καταστάσεως: καταπαύσεως πT; 381, 27 τοσοῦτο πT; 382, 4 κεχώρισται πT; 383, 2 σωμάτων πT; 383, 7 καθαρώτατον πT; 383, 17 τιθηνούσης πT; 383, 19 νηπίου πT; 384, 6 τοὺς: τῶν πT; 384, 12 μετὰ: με πT; 385, 5 καθιέρωται πT; 385, 19 ἱερωσύναις πT; 385, 22 διαγενόμενον πT; 386, 8 εἴ τι: ἔτι πT; 386, 20 οὐδαμῶς πT; 386, 24 ἤθρυστο πT; 387, 1 ἀπελύθη πT; 387, 20 παραγενόμενος πT; 390, 17 συντρυχόμενος πT; 390, 19 καταψύχουσαν πT; 390, 23 διηγησαίμην πT; 391, 13 εὑρὼν: ὁρῶν πT; 392, 1 πρὸς: περὶ πT; 393, 19 θεοῦ: χριστοῦ πT; 394, 10 ἐνομίζετο: ἐγνωρίζετο πT; 405, 22 ὕδωρ: δάκρυον πT.

Tres codices, quos diximus, ωπT, ad eundem fontem redeunt, ex quo fluxerunt KON. hoc nonnullis exemplis probabitur, ubi omnes contra reliquos libros manu scriptos consentiunt. (eis locis, qui in prima parte operis occurrunt, ubi K deficit, O et N soli hanc stirpem repraesentant.) p. 381, 13 τῶ λεποντι: τῶν λυπούντων ONωπT; 381, 19 τῇ μητρὶ ONωπT; 383, 16 παρὰ: μετὰ ONωπT; 385, 19 ἑαυτοῦ: αὐτὸν ONωπT; 386, 4 ἀκούσασα: μαθοῦσα ONωπT; 386, 12 δοκίμου om ONωπT; 386, 19 καλὸν: ἀγαθὸν ONωπT; 388, 15 ὑπεχώρουν ONωπT; 388, 21 μαλακῆς post στρωμνῆς add ONωπT; 392, 7 τοῦ προκειμένου ONωπT; 392, 19 καὶ om ONωπT, 403, 1 ἔσται: εἶναι KONωπT; 406, 12 ἐστολισμένην KONωπ εὐστολισμένην T; 406, 12 αὐτὴν post νυμφικῶς coll KONωπT; 407, 23 σῶμα: σκήνωμα KONωπT; 409, 26 τὸν om KONωπT; 410, 4 πάλιν om KONωπT; 410, 8 ἴλης τινὸς post λαμπρῶν add KONωπT.

Altera familia sunt in hac classe Ψ et eius cognati. ac primum de Ψ ipso eiusque relatione cum K eiusque stirpe agam.

Ψ Codex Marcianus graecus 69 (Ψ) saeculi XII vel XIII a Jaegero in praefatione editionis librorum contra Eunomium v. II p. xlvi-xlix accuratissime descriptus est, quo lectorem refero. hic codex fuit Bessarionis. Vitam ff. 223r-235r continet. contulit Anselmus Strittmatter, O.S.B., ego iterum examinavi. hunc librum ex eodem exemplari originem ducere atque codicem K his exemplis ostenditur: p. 398, 20 ὑπεδίδου ΨK; 399, 4 διὰ om ΨK; 400, 3 καὶ om ΨK; 400, 4 μήπου: μήτι ΨK; 400, 23 ὁμοφροσύνης: σωφροσύνης ΨK; 402, 1 τε om ΨK; 402, 5 ὁ ante πατὴρ add ΨK; 403, 17 αὐτῆς ΨK; 404, 14 ἐκεχάρακτο ΨK; 405, 11 ἢ om ΨK; 405, 20 θυσιαστηρίου ΨK; 407, 18 παράγειν ΨK; 409, 5 καὶ om ΨK; 411, 11 ἐγένετο ΨK; 414, 3 δαιμονώντων ΨK. eadem ratio, quae inter Ψ et K intercedit, inter Ψ et ON obtinet, qui in prima parte Vitae pro K deficiente soli illam familiam repraesentant, sed exempla eius rei non dabo.

Mon. 92 Ex Marciano ad verbum descriptus est codex Monacensis graecus 92 (Boicus Gretseri) chartaceus saeculi XVI, ut Jaeger in praefatione librorum contra Eunomium v. II p. xlix-l demonstravit. praeter libros contra Eunomium continet varia Gregorii opera, inter ea ff. 415-431 Vitam Macrinae. ordo operum idem est qui in codice Marciano, nisi quod Mon. pauca addidit inde a folio 431 usque ad finem. Vita Gregorii ipsius extat fol. 445 sq. specimen Vitae S. Macrinae contulit Franciscus Egermann Monacensis. hunc librum in apparatu critico non adhibui.

Praeter hoc apographon extant nonnulli codices, qui angustiore vinculo cum Ψ religati sed non ex eo descripti sunt. codex Laurentianus Magliabechianus

L conv. B.1.1214 (L) saeculi XII membranaceus folio-

rum 257 (Olivieri Suppl. cf. Stud. Ital. V p. 414 n. 50) Vitam Macrinae ff. 148r-166v continet. contulit B. Stenzel. hic codex est menologium, quod fol. 2 incipit verbis μηνὶ ὀκτωβρίῳ ιδ'. Vita S. Macrinae incipit fol. 148r verbis μηνὶ ἰουλίῳ ιθ'. textui huius codicis cogna-
A tus est codex Vaticanus graecus 448 (A). est liber antiquissimus saeculi IX-X, qui in Cod. Vat. gr. v. II p. 197-9 accuratissime descriptus est. fuit olim Joannis cuiusdam lectoris. nonnulli eius quaterniones perditi sunt. praeter alia Gregorii opera continet Vitam Macrinae ff. 244v-265v. sex foliis post 249v perditis desiderantur verba πρᾶγμα τοι]οῦτον ... εἰχόμην (p. 378, 7-388, 5). abrumpitur in verbis ψαλμῳδίας κατασιγασθείσης (p. 408, 20). dimidia igitur pars Vitae perdita est. fol. 249v in margine inferiore legitur nota a manu recentiore scripta: λείπει ὧδε τετραδύον (haec verba cancellata sunt) ἐστέρηται καὶ οὗτος ὁ λόγος ὡσεὶ φυλλ(α) τρΐα, ἀλλ' ἔχει τοῦτον ἡ προρρηθεῖσα βίβλος. haec verba ad aliam notam in eodem codice referunt (fol. 241v): ὁ παρὼν λόγος ἐλλιπής ἐστιν, διὰ δι(α) τὴν κατὰ βάθους πτωχείαν ἡμῶν μὴ εὐπορούντων χαρτίων οὐκ ἐγράφη τὸ λεῖπον. εὑρίσκεται δὲ ὁ λόγος ἐν τῇ ἑτέρᾳ ἡμῶν βίβλῳ τῇ βαμβυκίνῃ τῇ ἐχούσῃ πολλοὺς λόγους τοῦ μεγ(ά)λου τούτου φωστῆρος. deinde scriba exponit, quae pars Vitae ex illo altero codice suppleri debeat. hic codex bombycinus scilicet multo recentioris aetatis erat, et nescimus, quae eius ratio cum textu codicis A fuerit. ea pars Vitae, quam conservavit A, cum textu codicis Magliabechiani L maxime congruit. multos hi duo errores communes habent, quos in reliquis libris non invenimus. en propono tibi nonnulla exempla huius consensus: p. 390, 11 ὅλον τὸ σῶμα LA; 395, 22 αἰσχάταις LA; 394, 12 τῆς om LA; 390, 21 ἀρρωστίας: θεωρίας LA; 401, 2 ἡ om LA; 398, 3 ῥομφέαν LA. sed tamen textus Vitae in L ex A ipso fluxisse non potest, immo L naturam exemplaris antiqui, ex quo Vitam Macrinae

sumpsit, fidelius servavit. hunc fontem W. Jaeger existimat antiquum fuisse menologium, cuius Vita Macrinae pars erat, et ex illo antiquiore menologio etiam textus Vitae, quem in A legimus, derivatus est, nam Vitam Macrinae in eo antecedunt verba μηνὶ ἰουλίω ιθ′, quae eadem in L extant. sed cetera opera Gregorii, quae in A insunt, ex menologio orta esse non possunt. A igitur, qui saeculo IX scriptus est, Vitam Macrinae ex libro hagiographico codici L simillimo prompsit, sed qui tribus vel quattuor saeculis vetustior erat quam L. ad reconstruendum textum illius menologii codex A praeter Vitam Macrinae nihil contribuit, cum L textum eius multo pleniorem servaverit. in apparatu critico codice A non usa sum.

Γ Alius codex Magliabechiano L admodum similis est Vaticanus graecus 825 saeculi XII-XIII, qui Vitam Macrinae ff. 48v-69r continet. contulit H. Brown. iterum a J. P. Cooke diligenter excussus est. membranaceus est foliorum 743 lineis plenis exaratus. complectitur vitas quasdam sive encomia sanctorum, in quibus est Vita Macrinae. haec sola incipit verbis μηνὶ ἰουλίω ιθ′ velut in codicibus L et A, quorum textum huius vitae ex menologio antiquissimo sumptum esse supra ostendi. cum autem Γ textum codicis L omnino sequatur, ut mox apparebit, eum quoque ex eodem menologio textum suum Vitae Macrinae derivasse patet. exempla consensus librorum L et Γ sunt haec: p. 370, 2 οὐχ ante ὑπὲρ add LΓ; 371, 19 συμπαρακαλυφθεῖσα LΓ; 374, 24 κατηγγιάσθαι LΓ; 379, 19 ποιῶν : ἕλκων LΓ; 383, 13 ὀνομασθεὶς LΓ; 372, 18 ἐδόκει ante φέρειν coll LΓ; 375, 16 γὰρ post ὡς add LΓ; 384, 11 δὲ post pr ἐν add LΓ; 385, 14 ἐν ante τοῖς add LΓ; 407, 12 παρασκευάσασα LΓ; 413, 22 παρίειμι LΓ. igitur codices L et Γ ex eodem fonte repetendi sunt.

Redeamus iam ad codicem Ψ (Marc. 69), quocum hos libros maxime cognatos esse antea dixi, quod nunc

exemplis breviter illustrabo: p. 375, 5 ἐλεεινότητι LΓΨ; 380, 2 αἰφνιδίως LΓΨ; 384, 5 γίνεται LΓΨ; 384, 24 μηδὲ ἕνα LΓΨ; 389, 12 ἀπὸ: ἐκ LΓΨ; 392, 6 τε om LΓΨ; 399, 15 νεναρκυῖαν LΓΨ; 403, 17 ἂν om LΓΨ; 407, 15 τῆς ἐσχατιᾶς LΓΨ. itaque LΓΨ ex communi fonte orti sunt. apparet autem codices L et Γ neque coniunctim neque separatim ullam lectionem sanam praeter ea, quae in Ψ insunt, praebere, quare Ψ uno in apparatu critico contenta fui.

C Denique his addendus est codex Athous Dionysiou 145 chartaceus recentissimae originis (saeculo XVII exaratus), foliorum 572. Lambros in catalogo codicum Athoorum eum a tribus manibus scriptum esse tradit. insunt Βίοι, μαρτύρια καὶ ἐγκώμια ἁγίων, in quibus λθ′ est βίος καὶ πολιτεία τῆς ἁγίας Μακρίνης a Gregorio Nysseno scriptus. nemo non videt hanc esse eandem inscriptionis formam, quam in menologio L et in titulo Vitae, quem A ex antiquiore menologio servavit, invenimus. codex C sine dubio ad idem genus pertinet. textus Vitae, quem C praebet, cum libris L et Γ nonnullis locis congruit, sed e specimine, quod J. Cavarnos e Monte Sacro secum rettulit, non licet pro certo concludere C in omnibus recensionem illorum sequi.

Quoniam autem familiam alteram ΨLAΓC ex antiquo menologio fluxisse iam demonstratum est, etiam primam familiam ex eiusmodi exemplari descendisse verisimile est, non solum propter cognationem textus, quem eius familiae libri cum altera praebent, sed quia in codice vetere primae familiae, Vat. gr. 1595 (π), idem vestigium talis originis invenimus. nam titulo Vitae Macrinae in π verba eadem ἰουλίῳ ιθ′ anteposita sunt, quae in libris alterius familiae reperimus et quae eos ex menologio descriptos esse ostendunt. neque hoc de uno π valet, sed etiam de T (Par. 453), qui ex antiquo codice Cryptoferratensi descriptus est, ut scriba ipse affirmat, et cum π omnino congruit,

ω autem ex eodem fonte atque πT fluxisse ostendimus. itaque ceteros quoque libros primae familiae, KNO ad eandem originem redire consentaneum est.

Venimus ad tertiam huius generis familiam, quae quattuor libris continetur: V, W, J, B.

V Codex Vaticanus graecus 2066 membranaceus litteris uncialibus scriptus inter vetustissimos Gregorii libros numerandus est. A. Mai et Tischendorf eum saeculo octavo attribuerunt, at Batiffol, Hatch et Gregory decimo saeculo eum scriptum esse existimant. Pasquali in nono saeculo eum posuit. denique fragmento eius Washingtoniano reperto Jaeger (Traditio V p. 79-102), qui huius codicis historiam indagavit, nono vel ineunte decimo saeculo ortum ostendit. continet multa Gregorii opera et in Basilii Hexaemero et Gregorii De opificio hominis scholia marginalia a viro docto addita habet. Vitam Macrinae ff. 155r-172r exhibet. contulit Anselmus Strittmatter, O.S.B., examinavit iterum J. P. Cooke. textus eius in plurimis rebus cum memoria codicum KNO et praesertim cum W consentit. paucae lectiones ei sunt propriae contra ceterorum auctoritatem. quas habet, vix errori scribae debentur, sed plerumque ex vetustiore memoria ortae sunt nec sensu carent. p. 379, 22 τραγικὸν: κακὸν V; 389, 12 χάριν: εὐχὴν V; 408, 13 οἶκον: σηκὸν V.

W Sed priusquam de ratione codicum V et W plura dicam, de W pauca dicenda sunt. codex Vindobonensis theologicus graecus 42 membranaceus inter alia Gregorii opera Vitam Macrinae continet ff. 41 sq. contulit A. Strittmatter. de hoc codice Jaeger in praefatione ad libellum De instituto Christiano p. 25 huius voluminis egit, quare denuo eum describere non opus est. sed textus Vitae in W non ex eodem fonte venit, unde hic codex textum libelli De instituto Christiano et multa alia opera sumpsit, i.e. ex codice Ambrosiano C 135 inf. (M). hoc pro certo affirmare possum, quia

M quoque Vitam continet, sed ut mox docebo, textus eius a prima classe abhorret. apparet Vindobonensem W e variis exemplaribus opera Gregorii quae continet collegisse, neque unum codicem in omnibus sequi voluisse. sic in Vita Macrinae librum, qui codici V similis erat, expressit, et ambo V et W multas lectiones cum KNO communes habent. eius rei hic pauca exempla dabo: p. 400, 7 καὶ add KVW; 372, 18 τραπεῖσα: καταπεσοῦσα NVW; 373, 16 αἰσχύνας: αἰτίας NVW; 377, 6 τελειοτέραν: λιτοτέραν NVW; 385, 6 ἑκάτερα: ἀμφότερα NVW; 398, 2 φλόγα τῆς πυρίνης ῥομφαίας NVW; 404, 8 τῇ χειρὶ KVW; 405, 2 μέγιστον KVW; 405,18 κρίνουσα KVW; 406,10 ἡμῖν ante εἶχεν coll KVW. maior tamen est numerus locorum ubi VW a reliquis libris secedunt, quare videntur, quamquam unam cum KNO recensionem praebent, propriam eius stirpis familiam constituere. p. 372, 23 καὶ μαρτυρόμενον om VW; 373, 3 αἰνίξασθαι: ἐνδείξασθαι VW; 376, 21 τῆς μητρὸς post τοῦτο coll VW; 379, 11 διὰ τῆς θήρας om VW; 379,20 οἰκείαν ζωὴν: ἡλικίαν VW; 384,11 ταῦτα μὲν add VW; 405,20 ἁγιαστηρίου VW. sed plurimae extant lectiones, quae in uno W inveniuntur, eaeque interdum dignae sunt, quae considerentur. affero pauca exempla: p. 370, 3 μακρηγορίαν: μαρτυρίαν W; 371, 10 διηγημάτων: διηγησαμένων W; 392, 24 τῶν πατέρων: παρὰ ἀνθρώπων W; 398, 9 κατενώπιον: κατεναντίων W. ex his exemplis διηγησαμένων fortasse recte legitur. talia, quae in hoc codice abundant, unde hauserit nescimus. videntur tamen antiquae memoriae esse vestigia, quae olim varietatem textus locupletiorem extitisse probant et a prisca antiquitate repetenda sunt.

Exempli gratia W p. 378, 18-21 circiter duas vel tres lineas omisit, quae ad Gregorii fratrem Naucratium praematura morte abreptum pertinent. monachus hic iuvenis in uno monasteriorum fuit, quae Basilius in Ponto ad Irim flumen condiderat. qui cum olim ve-

nandi causa in silvas atque montes egressus esset, fortuna adversa in venatione mortem obiit et fratres non nisi mortuum eum in monasterium referri viderunt. in lineis a W omissis Gregorius mentionem facit Chrysaphii cuiusdam, qui Naucratii fratris servus et famulus et in illa venatione ut solebat eius comes fuerat. mira est omissio horum verborum, sed magis mirandum, quod in eadem historia 380, 7 idem codex W circiter duas lineas omittit, quibus eiusdem Chrysaphii mentio fit. hoc cum casu factum esse non possit, quaerendum est, utrum W haec omnia consilio nescio qua de causa deleverit an mentio Chrysaphii repetita, quam in omnibus aliis codicibus legimus, a fratribus, qui rem memoria tenebant, postea addita sit. haec coniectura multo mihi videtur probabilior quam illa, sed si vera est, omnes codices praeter W ad librum redeunt, in quo utroque loco nomen Chrysaphii additum erat. et apparet id solum in Ponto fieri potuisse, ubi memoria Naucratii et mortis adulescentium praematurae eo tempore, cum hae lineae adiectae sunt, nondum oblivione obruta erat. extant exempla et in Basilii et in Gregorii Nysseni libris, quibus probatur nonnullos codices vetustos ex Asia et monasteriis ibi sitis originem duxisse idque scribis Byzantinis notum fuisse. si igitur mentio Chrysaphii a Gregorii libro olim afuit, ceteri codices, qui eam continent, ex Pontico exemplari fluxerunt, quod in monasteriis auctum erat.

J Codex Vindobonensis theologicus graecus 35 (J) chartaceus saeculo ut videtur XIII scriptus fragmentum codicis multo amplioris est, ut ex quaternionibus intellegitur. de hoc libro cf. Jaegeri praefationem ad librum De instituto Christiano p. 36. Vitam Macrinae continet ff. 13r-14v. textus Vitae, quem contulit Anselmus Strittmatter, O.S.B., ipsaque denuo excussi, primam partem operis non habet. lacuna circa dimidi-

am partem Vitae capit usque ad p. 392, 5. hic liber in Vita modo cum VW modo cum solo W congruit et textum Vitae ex W descriptum esse mihi persuasum est. in ceteris operibus, quae J continet, res aliter se habet, ut Jaeger loc. cit. demonstravit, ubi hunc codicem nonnullos libros Gregorii excerpsisse et in breviorem formam redegisse ostendit. in apparatum criticum J non recepi.

B Codex Musei Britannici q. d. Old Royal 16 D XI saeculi XVI (quem Jaeger adhibuit in libro De instituto Christiano) chartaceus, cuius phototypiae mihi suppeditabant. contulit specimen M. Foley. hic liber Vitam ff. 336v-346 continet. partem Vitae eandem quam Vind. J praebet (i.e. dimidium fere huius operis omisit); etiam textus idem est in utroque codice. pauca scriba codicis B neglegentia peccavisse videtur, sed nullas praeter has discrepantias habet. B igitur etiam textum Vitae ex J descripsit, ut iam Jaeger de ceteris operibus quae insunt in praefatione loc. cit. p. 37 monstravit. quare hunc codicem omnino dimisi.

Hi duo libri cum codicem W solum sequantur, commemorandum hic est etiam aliud fragmentum Vitae brevissimum, quod in codice Matritensi 4857 (olim Archivio historico 164, 8) conservatum est. hunc codicem descripsit Jaeger in praefatione librorum Contra Eunomium vol. II p. l-lii et varia eius fata investigavit (cf. nunc etiam Jaeger, praef. ad lib. De perfectione p. 164). chartaceus est saeculi XVI in concilio Tridentino scriptus. fragmentum Vitae exhibet ff. 95r-95v. sequitur Epistula canonica ad Letoium fol. 96. codex neglegenter scriptus accentus et spiritus saepe omittit, scatetque verborum deformationibus. ubi a textu vulgato secedit, lectiones eius cum ONVW maxime consentiunt. itaque in hac classe collocandus est, sed in apparatum non admisi.

DE CLASSE SECUNDA

Altera recensio Vitae extat in codicibus SE et GPM eorumque cognatis, quos in apparatu critico non adhibui, sed hic una cum his quinque libris manu scriptis describam. et quoniam textus vulgatus librorum impressorum, quem in Mignei Patrologia usque ad hunc diem legimus, ex primae classis codice prodiit, iam ad eam memoriae stirpem venimus, quae in mea editione primum ad textum Vitae constituendum adhibetur. etiam in hac classe brevior esse possum de nonnullis codicibus, quos Jaeger in praefationibus librorum in hoc volumine editorum tractavit.

SZ Ut in aliis operibus Gregorii sic in Vita Macrinae codices S et E genus memoriae a stirpe KNO diversum conservarunt. descriptionem codicis S pleniorem in Jaegeri editione librorum Contra Eunomium (v. II p. xxxvi sq.) invenies (cf. eiusdem praef. ad lib. De instituto Christiano p. 6). Vitam continet ff. 89r-93r. contulit Anselmus Strittmatter, J. P. Cooke iterum examinavit. S cum E, ut in libellis De professione Christiana et De perfectione, ex eodem traditionis manu scriptae ramo ortus est, qui a GPM multis locis differt. diversas igitur familias huius classis repraesentant. ut in aliis libris Nysseni, sic in Vita codex S multas lectiones ei proprias praebet, et pars earum ipsius scribae ingenio vel eius, quo fonte utitur, deberi videntur. exempli gratia p. 371, 21 ἂν addidit ante ἔχειν ut optativum potentialem efficeret, ubi non desideratur. p. 387, 16 τῇ αὐτῇ νυκτὶ pro genetivo temporis scribit contra ceteros libros, quod correctionis genus etiam in aliis operibus in hoc codice invenimus (cf. Jaeger, praef. ad lib. De instituto Christiano). p. 379,1 ταῖς ὑπερτεταμέναις ... ῥαχίαις scribit in descriptione montis, ut ab ἐγκεκρυμμένον pendeat, sed eo constructionem sen-

tentiae pessumdedit. multa eiusmodi addere possem. Z ut in ceteris operibus Gregorii (cf. Jaeger, praef. ad De instituto Christiano p. 19) apographon codicis S est, quo in apparatu non usa sum. Vitae textus exemplum offert, quo hoc confirmatur, nam p. 376, 17-18 Z lacunam habet (καὶ ... θυγατέρων), ubi S verba auctoris integra servavit. haec verba cum in S unam lineam expleant, apparet scribam codicis Z totam hanc lineam neglegentia omisisse.

E Codex Vaticanus graecus 446 saeculi XII vel XIII Vitam ff. 47v-78v continet. contulit Edmundus Berry, iam in universitate Manitobae (Winnipeg, Canada) professor, rursus totam Vitam examinavit J. P. Cooke. de codicis patria, origine et fatis scripsit Jaeger in praefatione libelli De professione Christiana p. 99. qui et in illo et in libro De perfectione codices S et E textum suum ex eodem vel simili fonte hausisse demonstravit, quod in Vita quoque confirmatur. nam etsi S et E saepe cum GPM contra libros alterius classis (KNOΨVW) stant, tamen multa extant exempla consensus codicum SE contra reliquos omnes, quo efficitur hos duos ex ramo a GPM diverso ortos esse. nam saepius errores communicant. exempla sunt haec: p. 377, 10 λόγοις: ἄλλοις SE; 384, 2 τε post ἰδέαν coll SE; 387, 11 φοβερὰς: φανερὰς SE; 00, 00 σαῖς om SE; 388, 24 λοξῷ: δόξω SE; 402, 4 οὐεστιανὴ SE; idem 404, 3; 402, 19 ἐσπουδάσθη SE; 403, 8 θαλάμαις SE. sed E aliquot errores praebet, quos in nullo alio codice

b legimus. talibus locis codex Parisinus graecus 503 (b) saeculi XIV chartaceus in libris De perfectione et De professione Christiana codicem E sequi solet, idemque in Vita Macrinae huic codici cognatus est. sed si textus illorum duorum operum, ut Jaeger praef. p. 99 et 158 probavit, vel ex E vel ex codice ei simillimo descriptus est, primum de Vita Macrinae affirmari non potest; nam in hoc libro b magis cum S, qui propinquus est

codicis E, quam cum ipso E consentit. sed saepe hoc usu evenit, ut unus codex singula scripta auctoris ex diversis fontibus hauserit, ut Jaeger p. 158 de codice S ostendit. exempla pauca propono rationis, quae in Vita inter SE et b intercedit: p. 371, 11 ἀλλοτρίαν ἀκοὴν SZb; 371, 19 ἡ om SZEb; 373, 1 γεννωμένην SZEB; 374, 12 πᾶσαν om SZb; 376, 22 τοῦ βίου SZb; 377, 3 τε alt: δὲ SZb; 377, 10 λόγοις: ἄλλοις SZEb; 378, 12 οὗτος προελθὼν SZb; 382, 7 ἐν om SZb; 382, 15 ἡ om SZb ante μελέτη coll E; 380, 2 αἰφνίδιος SZ αἰφνήδιος b. poteram multa addere. haec igitur est ratio codicum S, E et b in Vita Macrinae:



F Hic insero verba nonnulla de codice Athoo Penteleemonos 552 saeculi XVI chartaceo, cuius specimen photographicum Joannes Cavarnos ex Monte Sacro domum rettulit. quo usa hoc affirmare possum lectiones huius codicis recentis, ubi non ab omnibus libris secedit (et eiusmodi locis F plerumque errat) maxime cum codice Parisino gr. 503 (b) consentire, de quo paulo ante dictum est. plerumque F non cum solo b, sed cum SEb vel SEbGM (id est cum reliquis huius classis libris) congruit, sed ubicumque discidium inter eos oritur, F cum SEb, vel ubi SE ab eo secedunt, cum b solo it, velut 373, 16 ἄπλαστον bF. est tamen quoque ubi F cum E solo contra b consentiat, velut 372, 10 post εὐμορφίας verba τοῦ σώματος addunt EF.

Familiam huius classis a SE diversam constituunt codices GPMD.

G Codex G est Venetus Marcianus graecus 360 saeculi XI (Delehaye codicem decimo vel undecimo

saeculo exaratum esse putat). membranaceus est 540 foliorum. continet vitas sanctorum secundum menses dispositas eo ordine quo eorum dies festi ecclesiastici se excipiunt. inter vitas mensium Iulii et Augusti est Vita Macrinae (ff. 68r-110r). iam supra p. 353 ostendimus Vitam partim in amplioribus operum Gregorii collectionibus partim in collectionibus vitarum sanctorum servatam esse, cuius rei hic codex novum exemplum addit. primum contulit R. G. Dallahan (†), iterum J. P. Cooke. cum hoc codice cognatus est
P Parisinus graecus 1177 eiusdem aetatis (saeculi XI) membranaceus 292 foliorum vitas sanctorum continens. Vita Macrinae extat ff. 50-72v, contulit B. Stenzel. G et P ex eodem fonte derivati sunt et permultis locis eosdem errores habent. multas lectiones cum M et D communicant, ita ut hos omnes unam stirpem esse pateat, sed G et P saepe etiam a M et D differunt, itaque ex uno codice eius generis fluxerunt. quare G in apparatu retinui ut hanc propaginem gentis suae a MD diversam repraesentet, at P non recepi, praesertim cum paucissimas lectiones a G diversas praebeat. haec affero exempla lectionum utrique communium: p. 374, 8 pro ἐριουργίαν GP legunt ἱστουργίαν; p. 379, 11 pro ἐπόριζε habent ἐπορίζετο; p. 381, 26 πάσης om GP; 382,24 φαίνεσθαι καὶ σχήματι om GP; 390,18 τὸν om GP; 408, 20 γὰρ om GP; 405, 13 πελάσειεν: ἐλάσειεν GP; 412, 15 συνδυσχεραίνοντος: συνδυσχεράναντος GP; 410, 24 καὶ τὸ om GP. G et P igitur ex eodem codice descenderunt. paucitate lectionum, quae utrumque ab altero distinguunt, confirmatur eos nullo alio codice intercedente ex communi fonte descriptos esse.

Alterum ramum huius familiae codices D et Ottobonianus graecus 106 constituunt.

D Codex Vaticanus graecus 401 saeculi XIII chartaceus praeter Athanasii quaedam quinque opera Gregorii continet, in quibus est Vita Macrinae ff. 135-151v.

Jaeger in praefatione libri De perfectione p. 162 hunc librum descripsit, etiam Cavarnos in praefatione libri De virginitate p. 219 de eo egit. contulit J. Walsh, J. P. Cooke iterum examinavit. hic codex in Vita Macrinae in eadem classe est cum SEF, in libro De perfectione ad classem KNP pertinet. sed memoria tenendum est hoc eo factum esse, quod etiam SE in libro De perfectione textum recensionis KNP habent, nam in solito eorum exemplari hic liber non extabat. propinquus
Ottob. 106 est codicis D Ottobonianus graecus 106 saeculi XVI chartaceus; Vitam ff. 1-17r continet. contulit specimen A. Strittmatter, O.S.B. lectiones quas cum D communes habet hunc librum ex illo descriptum esse demonstrant, ut iam Jaeger loc. cit. p. 163 ostendit. libri D et Ottob. plerumque cum codicibus GP et M consentiunt et ubi ab eis dissentiunt, errore hoc factum est. sic aliquot locis verba omiserunt vel alia minora peccata habent. nihil igitur utroque in Vita recensenda opus est.

M Agmen claudat codex Ambrosianus C 135 inf. membranaceus saeculi XI. Vita ff. 343r-367v extat. codex olim a viro docto, qui collationem suam nomine suo non signavit itaque post tot annos iam ignotus est, diligentissime excussus est. hoc tantum constat eum codicem Ambrosianum et Venetos quosdam pro Wilamowitzio contulisse. Jaeger de hoc codice in praefatione ad librum De instituto Christiano p. 21 egit. initium Vitae deest folio exciso, ut in aliis libris, quos codex continet. nullum est dubium, quin M cum SE cognatus et ex eadem radice ortus sit, nam plerumque contra alteram classem consentiunt. sed intra hanc classem discidium saepe oritur, et M cum GP contra ceteros omnes congruit. exempli gratia p. 376, 10 αἰτίαν legunt GPM pro ὑπηρεσίαν; 394, 17 pro ἐπιγινώσκεις legunt γινώσκεις; 396, 8 pro τρεφόμενον habent στρεφόμενον (post praecedens ς finale); 399, 11 pro πεποίητο legunt

ἐποιεῖτο; 403, 10-11 pro ὑπελείπετο habent ἀπελείπετο; 403, 14 pro προσέσθαι legunt προσήσεσθαι; 403, 20 pro ἐδέδοκτο legunt δέδοκτο. nonnusquam GP contra M lectiones communes exhibent. sed nihilominus triadem GPM apparet ad eandem familiam pertinere. ubicumque M a sua stirpe GP secedit, lectiones eius vix ullius pretii sunt. quotienscumque M vel GM ab S discedunt, lectioni eorum diffido, sed saepius SGM contra ceteros libros veram lectionem servarunt. et patet magno numero lectionum, quas SGM communes habent, familias GPM et SE e communi fonte originem ducere haec sunt exempla a me collecta: p. 371, 18 μήτε SGM; 371, 19 παραδράμη SGM; 373, 3 ἐπιδείξασθαι SGM; 374, 20 περιέκειτο SGM; 373, 20 σολομῶνος SGM; 376, 9 πᾶσαν SGM; 378, 2 τοῖς πολλοῖς om SGM; 379, 3 ῥητορικῶν SGM; 381, 7 τῶ θανάτω SGM; 385, 11 ἀποθέσθαι SGM; 388, 18 ἥειν ante ἐν add SGM; 390, 21 τοιαύτης SGM; 392, 1 ἐπησθῆσθαι SGM; 392, 14 τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν SGM; 406, 22 ἡμεῖς om SGM; 407, 22 κοσμηθείη SGM; 409, 24 παρακατεκλίνομεν SGM; 409, 26 ἀλλήλων SGM; 412, 2 χερσὶν: χάρισιν SGM; 414, 2 ἀπαιτούντων SGM. concludendum est igitur SGM ex uno fonte fluxisse, sed GM vel potius GPM separatum eius memoriae ramum esse, ut iam supra exemplis allatis demonstravi (p. 363). ut in aliis Gregorii operibus M etiam in Vita Macrinae a manu secunda (M^2) correctus est, de qua vide quae Jaeger in praefatione ad librum De instituto Christiano dixit (p. 24). sed hae correctiones in Vita Macrinae plerumque cum nullo alio codice congruunt et vix ex antiquiore fonte fluxerunt, sed coniectura ortae esse videntur.

DE MIXTA RECENSIONE

Codex unus restat, quem ad finem praefationis relegavi, quia diu incertum erat, utrum aliquid de eo comperire possemus necne. est autem Patmensis 46

